gratia verissia/gratia imensissima/ gratia multiplicissima/gratia vtilissima ē Primo osiderem⁹ gratie marie veritatē:ǭ hac ga briel ait Lu·i/iuenisti gratiā ꝛc·gratia vtiꝙ vera ē q̄ apō deum iuenit q̇ veritas ē·apud deū dicit·nō apō dyabolū·dyabol⁹ enī gratiā male ꝓsperitatis offert vt eo liberi⁹ peccet·vñ holofernus q̇ dyabolū signat ait Judith xij·bibe nunc ꝛ accumbe ī iocundi-tate quōꝫ iuenisti grāꝫ corā me·Jtē apō deū dicit/nō apud mū duꝫ·q̇a apud mundū idest apud hoīes mundan⁹ sepe valde fal-sa gratia falsa cōtritio iuenit·vñ eccle.viij·nō omī homī manife stes cor tuū ne forte īferat tibi gratiā falsaꝫ ꝛ cōuiciet tibi·Jtē apud homines·et beatus bern·queramus grām ꝫ grām apud de um·nā apud hoīes ē gratia fallax·Jtem apud deū dicit nō apud carnē:nā gratia carnis falsa ē vtpote carnis pulchritudo ꝛ huius modi·vñ ꝓuer·xxxi·fallax gratia ꝛ vana ē pulchritudo·q̇a gra tentissima virgo maria falsam gratiā dyaboli/falsaꝫ gratiā mūdi falsam grām carnis cōtēpsit/ideo merito apud deū gratiā inueīt verā itaꝙ ꝛ purā/nulla adultīma mixtura viciata·vt vere dice-re possit id eccli·xxiiij·q̄si balsamū ñ mixtū odor·Balsamū marie ē vnctio gratie q̄ maria copiosissime īfusa ē·Vñ bern·loquēs de illo verbo.spirit⁹sanctus superueniet in te ait·Preciosū illud bal-samū tanta tibi copia/tantaꝙ plenitudie influet·vt copiosissime effluat circunquaꝙ.balsamū misceri solet ꝛ viciari melle vel oleo Sꝫ certe balsamū spiritussancti in maria nō fuit mixtū: quia nec melle carnalitatis ꝛ mundane consolationis·nec oleo vane lau-dis ꝛ adulationis fuit viciatum·Sed quia tam vera ꝛ taꝫ pura marie gratia fuit·ideo bene Hieronimus de ipsa sic dicit·Quic-quid in maria gestum est:totum puritas ꝛ simplicitas/totū gra tia ꝛ veritas/totum misericordia ꝛ iusticia fuit que de celo pro-spexit Quicunꝙ ergo cum maria verā gratiā inuenire desiderant ipsi cum maria omni desiderio/omni studio ad eum apud queꝫ in uenitur accedant·sicut hortatur apostolus ad hebreos iiij.dicens Adeamus cum fiducia ad thronum gratie/vt misericordiam con sequamur ꝛ gratiā inueniamus in auxilio oportuno· et nota ꝙ q̇ cunꝙ vult inuenire debet querere/ꝛ quicūꝙ vult inuenire debet se inclinare·Jnclinet ergo se cū maria per humilitatē veram qui cūꝙ cum maria inuenire cupit gratiam veram·Dicitur enim ec-clesiastici quarto· Quanto magnus es humilia te in omnibus et coram deo inuenies gratiam·Maria certe quia verissime se per hu militatem inclinauit verissimam gratiam in uenit · vt vere dicere ꝑssit·respexit humilitatem meam·

Scdo consideremus carissimi gratie marie immensitatem. propter hanc dicta e gratia plena. Immensa certe fuit gra qua ipa fuit plena. Immensum eni vas no pot esse plenu/ nisi immensum sit istud quo est plenu. Maria aut vas immensissimu fuit/ exquo illum qui celo maior est cotinere potuit. Quis est celo maior? certe ille de quo Salon ait scdi Re. viij. Si celu et celi celorum te cape non possunt. quntomagis domus hec qua edificaui. Non vtiqz domus p salomone edificata: sz domus p illam significata deuz cape potuit. Tu ergo immensissima maria capacior es celo. quia que celi cape no poterant tuo gre. co. Tu capacior es mundo. quia que tot9 non ca. or. in tua se clau. vis. factus homo. Si ergo maria ta capacissima fuit ventre quntomagis mete. et si capacitas ta immesa fuit gra plena: oportuit vtiqz q gra illa q tanta implere potuit capacitate esset immesa. Quis immensitate marie pot mesurare? Ecce qd dicit Eccli. i. Altitudine celi/ latitudine terre/ et pfundu abyssi quis dimesus est. Celu est maria: tu quia celesti puritate/ celesti claritate/ celestib9 alijs vtutibus abudauit. tum quia sedes dei altissima fuit. teste pheta qui dicit. Dns in celo parata se. s. Terra quoqz maria fuit / que fructum illum nobis protulit. De quo idem propheta ait. Terra dedit fruct9 suos. Abyssus etia est maria in bonitate et in misericordia profundissima. vnde etia profundissimam misericordiam filij sui p nobis interpellat/ quasi abyssus abyssum inuocat. Celum ergo est maria. terra est maria. abyssus est maria. Quis hui9 celi altitudinem: quis hui9 terre latitudine: qs hui9 abyssi pfunditatez quis inqz marie immesitate dimensus est? nisi ille solus q ipaz no solu in gra et in gloria sz etia in misericordia tam altissimam/ taz latissimam /tam profundo in opatus est. Unde specialiter de ei9 misericordia ait beatus Bern. Quis misericordie tue o bndicta longitudinez et latitudinem/ sublimitatem et pfundum queat inuestigare? nam longitudo eius vsqz ad nouissimum diem inuocantibus eam subuenit vniuersis. Latitudo eius replet orbem terrarū: vt sua quoqz misericordia plena sit omnis terra. sed et etiam sublimitas eius superne ciuitatis inuenit restauratoem. et pfundum eius sedentibus in tenebris et vmbra mortis optinuit redeptionem. Tercio consideremus carissimi gratie marie multiplicitatem. de qua ipa dicere pot illud Eccli. xxiiij. Ego therebintus extendi ramos meos: et rami mei honoris et gratie. Therebintus magna arbor est. syria sm glo. et habet ramos multos et extensos. masculus huius arboris non fert fructum sed tantuz

femina· cuius fructus inuenitur duplex videlicet rubeus et pallidus et est iocundi odoris· Arbor ista arbor procera/ arbor crescens in syria est beata virgo maria· syria enim interpretatur humectata· et vere humectata fuit per gratiam tota vita marie quod in humore gratie creuit ab vtero matris sue· Quid mirum si maria in humore gratie crescat· cum sine humore gratie omne semen arescat· vnde de semine dicitur Luce viij· Natum aruit quia non habebat humorem· Rami huius arboris rami honoris et gratie sunt virtutes et exempla et beneficia beate marie· Multi enim rami sunt multe eius gratie et merita· multe eius virtutes et exempla sunt: multe eius misericordie et beneficia· In his ramis libenter habitant in his libenter iubilant celestes auicule id est anime sancte· vt de ipsis etiam dici possit id Dan· iiij In ramis eius conuersabantur volucres celi· O quam late/ quam longe/ quam alte arbor illa magna/ beata virgo maria ramos suos extendit· quam late ad homines/ quam longe ad angelos/ quam alte ad deum· quomodo autem ad hos omnes extendit ramos gratiarum et misericordiarum suarum Bern· exponit dicens Maria omnibus sinum misericordie aperuit vt de plenitudine accipiant vniuersi· captiuus redemptionem· eger curationem: tristis consolationem: peccator veniam: iustus gratiam: angelus leticiam: demum tota trinitas gloriam· filij persona carnis humane substanciam· fructus huius arboris est ille de quo dicitur· benedictus fructus ventris tui· Iste fructus rubeus fuit sanguine/ pallidus autem morte· vnde sponsa dei idest anima sancta ait Can· v· dilectus meus candidus et rubicundus· iam etiam potest dicere· meus pallidus et rubicundus· Iste quoque fructus odore iocundus est deuotis animabus · quod bene senserat beatus iohannes apostolus qui domino dixit· Ortus tuus in me concupiscencias extendit eternas· O anima: o anima misericordie/ odorem huius fructus sentis· o si sentires in me post ipsum curreres· sicut dicitur Can· i· Curremus in odore vngentorum tuorum· Notabile autem est quod fructum huius therebynti non masculus sed femina huius arboris proferre solet · Sic certe fructum vite ihesum cristum: non masculus sed femina: non vir sed virgo protulit· propter quod bene Augustinus ait· Electa est virgo mater que sine concupiscencia carnis conciperet carnem/ et sine viro pareret virum·

Quarto consideremus caussimi gratie marie vtilitatem· De hac dicitur Prouerbiorum vndecimo· Mulier graciosa inueniet gloriam· ecce vtilitas gratie graciose marie est inuentio glorie perpetue

Vtilissima certe fuit gratia marie ⁊ sibi ⁊ nobis·vtilissima inquã fuit gratia marie sibipsi·gratia enĩ delitiosam·gratia miraculosaȝ gratia gloriosam fecit mariã·delitiosam i animo:miraculosam in filio:gloriosam in regno·Delitiosa certe fuit maria in mẽte spiritualiꝰ·miraculosa in prole virginali·gloriosa in dyademate eternali·Gratia ergo mentẽ ⁊ animam marie fecit delitiosam delicijs spũalibus tanq̃ dei viui spũalem paradysum·iuxta illud Eccli·xl·gratia quasi paradisus in bñdictõibus·vere paradisus dei fuit in benedictionibus multiplicium deliciaꝝ spiritalium·de quibus etiam beatus Bern̄·ait·Quid nisi delicias dixerim decus virginitatis cum munere fecũditatis:insigne humilitatis distillantem caritatis fauum misericordie viscera plenitudinem gratie p̃rogatiuam glorie singularis·Item gratia mariam fecit miraculosam ĩ prole miraculoso cõceptu ⁊ partu·dum miraculose virgo peperit·⁊ miraculosius deum concepit:deum pepit·Vñ de hac eius gratia bene dicitur Lu·i·Inuenisti grãm apud deum ⁊cet·De hoc nomine beatꝰ Bern̄·ad mariam loquẽs dixit·Intellige prudens virgo quantã ex nomĩe ꝓmissi filij ⁊ q̃ spẽalem grãm inueneris apud deum·Item gratia mariam fecit gloriosam·ꝓpter qd̕ bene supradictum est:mulier gratiosa inueniet gloriã·O vere felix inuentrix maria que tam magna in mũdo:tam magna in celo·Nulla pura creatura tantam grãm in mundo·nulla tantã gloriam in celo inuenit·⁊ certe tam gratiam q̃ gloriam inuenit apud dñm·quia sicut in p̃s·dicitur·grãm ⁊ gloriam dabit dñs Sed certe carissimi gratia marie nõ solum vtilissima fuit sibipsi: sed etiã nobis:imo toto humano generi·Gratia enim marie colligit malos:impinguat bonos:liberat vniuersos·colligit a culpa impinguat gratia:liberat a morte eterna·Dico ergo q̄ grã marie colligit ad misericordiã colligit ad ecclesiam malos·hoc bene signatum est in gratia quã in colligendis spicis a messoribꝰ derelictis ruth inuenerat/qñ dixit ad booz.Inueni gratiaȝ in oculis dñe mi·⁊c·Ruth interpretat̃ videns vel festinans ⁊ signat beatam vgnem·que vere videns in contemplatõne ⁊ bene festinãs fuit in actõne·videns etiam nostram miseriam est:⁊ festinans ad impendendam suam miaȝ·Booz interpretatur vtus ⁊ signat illum de quo in p̃s·dicit̃·Magnus dñs ⁊ magna virtus eius:ruth ergo in oculis booz:maria in oculis domĩ hanc gratiam inuenit vt ipsa spicas id est animas a messoribus derelictas colligere ad veniã possit·Qui sunt messores nisi doctores ⁊ rectores O vere magna marie gratia/qua multi ex eis ad misericordiam colligũt̃

qui a doctoribus et rectoribus tanquam incorrigibiles relinquunt. et ideo bene beatus bernardus ait. Maria tu peccatorem toti mundo despectum materno affectu amplecteris foues nec deseris quousque horrendo iudici miserum reconcilies. Item gratia marie bonos impinguat pinguedine gratie. vnde Eccle. xxvi. gratia mulieris sedule delectabit virum suum et ossa illius impinguabit. Mulier sedula maria fuit/de cuius sedulitate beda ait. Maria secreta dei ore tacito vigili cum corde sedula scrutabatur. Quis huius mulieris est vir nisi ille quem ipsa circumdedit in vtero. de quo dicitur hiere. xxxi. Creauit deus nouum super terram mulier circunda et c. Huius viri ossa sunt quicunque in corpore eius id est in ecclesia fortes sunt. Ista ossa suffragante gratia marie impinguantur vnctionibus gratie. impinguantur inquam pinguedine spiritussancti qua et ille impinguari cupiebat qui dicebat/sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea. O quis estimare valeat quod multe anime opitulante gratia marie sint per gratiam impinguate. Imo certe quis estimare valeat quanta in ipsa maria fuit impinguatio gratiarum. cuius gratia impinguata sunt tot milia animarum. Cuius enim virtutis pinguedine ipsa caruit que omnium virtutum impinguissimum habitaculum fuit. ait enim Jo. damascenus . maria in domo domini plantata et impinguata spiritu vt oliua fructifera omnis virtutis habitaculum facta est Item gratia marie liberat a morte eterna vniuersos qui liberantur. hoc bene signatum est hester de qua legitur sic/adamauit eam rex plus quam omnes mulieres et posuit dyadema regni in capite eius. Huius autem gratie quam hester coram rege habuit duplex legitur fuisse vtilitas. vna quod ipsa dyadema regni optinuit. alia quod ipsa gentem suam morti addictam a morte eripuit. Sic certe hester nostra beata maria tantam gratiam coram rege eterno impetrauit: quod per hanc non solum ipsa ad coronam peruenit sed etiam generi humano morti addicto subuenit. vnde Anselmus ait/Quid inquit digne referam genitrici dei et domini mei per cuius fecunditatem captiuus sum redemptus. per cuius partum de morte eterna sum exemptus. per cuius prolem perditus sum restitutus: et de exilio miserie ad patriam eterne beatitudinis sum reductus. O ergo mater gratie fac nos filios gratie/fac vt per gratiam tuam veniam colligamus ad veniam remissionis: impinguemur per gratiam deuotionis. liberemur a morte damnationis. per dominum nostrum et c



De maria gratia plena· Adhuc cariſſimi aliqua ꝺ gratia dulciſſime marie ſunt dicenda· Cōſiderāda ergo eſt q̄druplex marie grā · vicȝ grā donoꝝ: grā ſabioꝝ: grā p̄uilegioꝝ: grā premioꝝ. Primo cōſiderate cariſſimi in maria grāȝ donoꝝ ſpūſſancti· De hac grā maria gratulabunda dicere pōt illud Eccli· xxiiij· In me omīs gratia vite ⁊ veritatis · Quid mirū ſi ipſa eſt grata plena vite ⁊ veritatis que mater eſt eius quem legimus plenū gratie ⁊ veritatis· ⁊ quid mirum ſi in illa virga eſt tanta donoꝝ ſpūſſancti affluentia: in cuius flore ſpirituſſanctus requieuit cum tanta donorum ſuorum effluentia · Maria namq̄ eſt illa virga: ⁊ filius marie eſt ille flos. De quo dicitur Eſaie· xi · Egredietur virga de radice yeſſe: ⁊ flos de radice eius aſcendet: et requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapīe ⁊ intellectus/ ſpūs conſilij ⁊ fortitudinis/ ſpiritus ſcientie ⁊ pietatis· ⁊ replebit eum ſpūs timoris domī. In hoc mira ſpūs ſancti effluentia· de quo in omnem eccleſiam tā mira fit influentia· vt beatus euangeliſta iohēs dicat· De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam ꝓ gratia· Cū ergo de iſto flore tanta gratia redūdet in totum ortū/ q̄ntomagis in ipaȝ hui9 floris virgam in ipam mariam· Dicat ergo maria/ dicat ſecure: in me omnis gratia vite ⁊ veritatis. Grā certe vite ⁊ veritatis conſiſtit in predictis ſeptem ſpūſſancti donis. Per predicta enim ſeptē dona fuit grā vite ⁊ veritatis in maria· gratia veritatis ordinauit mariam in veritate ſupra ſe infra ſe intra ſe ⁊ extra ſe Grā inq̄ veritatis ordinauit mariam in v̄itate ſupra ſe ꝑ donum ſapīe· infra ſe ꝑ donum conſilij· intra ſe ꝑ donum intellectus· extra ſe ꝑ donum ſcientie· Gracia vtiq̄ v̄itatis ordinauit animā marie in v̄itate ſupra ſe in ſapientiſſima fluendoꝝ cōtemplatōne· Infra ſe in conſultiſſima fugiendorum ꝓuiſione· intra ſe in certiſſima credendoꝝ cognitōne· extra ſe in ratōnabiliſſima agendorum diſcretione· Grā aūt vite ordinauit vitā marie ī bona vita reſpectu dyaboli/ reſpectu ꝓximi/ reſpectu dei· grā inq̄ vite ordinauit mariam in bona vita erga dyabolū ꝑ donū fortitudinis· erga ꝓximū ꝑ donū pietatis· erga deū ꝑ donum timoris Grā vtiq̄ vite ordinauit vitā marie erga dyabolū in fortiſſima reſiſtencia· erga ꝓximum in pijſſima beniuolentia: erga deum in deuotiſſima reuerentia· Hinc eſt q̄ ſpiritus ſanctus mariam per donum conuenientiſſime ſignauit quam ſibi ſapientia increata cū ſeptem columnis ſeptem donorum ſpirituſſancti excellentiſſime edificauit. Quicūq̄ ergo columnas ſpūſſancti ceperit deſiderare

ipse formam columnarum in ista domo poterit inuenire·quam per columnis huiusmodi delectat cum magnis desiderijs et patribus conuenire Similiter quicumque septiformem spiritussancti gratiam adipisci desiderat ipse florem spiritussancti in virga querat·per virgam enim ad florem per florem ad spiritum in ipso requiescentem peruenimus·per mariam ad cristum accedimus·et per cristum gratiam spiritussancti inuenimus· propter quod beatus mariam alloquens beatus bern· ait·per te accessum habemus ad filium o benedicta inuentrix gratiarum· genitrix vite· mater salutis/per te suscipiat nos qui per te datus est nobis·
Secundo considerare carissimi in maria gratiam labiorum de qua in psal· dicitur·diffusa est gratia in labijs tuis· Quanta siquidem fuit gratia labiorum in maria vt ipsa optime per iudith signari possit· de qua dicitur xi iudith·Non est mulier talis super terram in aspectu/in pulchritudine/et in sensu verborum·Reuera non est/non fuit/non erit mulier talis super terram qualis maria fuit in aspectu clarissime vite/in pulchritudine mundissime consciencie/in sensu verborum discretissime lingue·gratiam autem verborum labiorum marie videbimus euidenter·si verba labiorum eius ex euangelio colligamus diligenter·
Inuenimus autem septem in euangelio mellifluas sentencias de mellifluis marie labijs distillantes et mellifluam labiorum eius gratiam optime indicantes iuxta Can·iiij·fauus distillans labia tua Septem mellis stille sunt septem dulcissima verba marie/que ad angelum ad hominem ad deum legitur habuisse· Duo ad angelum/duo ad hominem/tria ad deum· Ad angelum maria habuit verbum castitatis et verbum humilitatis verbum castitatis habuit maria ad angelum· in labijs autem angelo respondens dixit·quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco·hoc est contra impudicos·qui non casta non pudica sed impudica et turpia et carnalia verba in labijs suis habent·Verbum autem humilitatis ad angelum habuit maria in labijs·quando angelo humiliter respondens dixit·Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum·Hoc est contra superbos et arrogantes· qui de se nec humilia senciunt nec loquuntur· sed verba iactancie et inflationis in labijs suis habent·
Item ad hominem habuit verbum caritatis/et verbum veritatis verbum caritatis in salutatione·verbum veritatis in instructione

Verbum caritatis ad hominez maria ī labijs habuit qñ matrem precursoris tā affectuose salutauit: qꝫ etiam infans ī vtero eius exultauit. Hoc est cōtra rancorosos q̄ proximis suis vel caritatiue nō loquunt̄/vel omīo eis loqui dedignant̄. Verbū veritatis maria in labijs habuit qñ deficiente vino ministris dixit. qd̄cunqꝫ dixerit vobis facite. Hoc est cōtra illos qui alios nō ad bonū sꝫ ad malū instruunt/⁊ malū eis consulunt. Item ad dn̄m tria verba habuit maria. plus ergo cum deo q̄ꝫ cū angelo vel cū homine locuta est maria. ex quo bis angelo: bis homini: ter aūt deo locuta est. Hoc heu cōtra multos est q̄ tam parū cum deo ī orationib9 ⁊ tam multum cū hominib9 loquunt̄ in fabulatōibus inutilibus/ ⁊ sepe valde nociuis. Habuit aūt maria ad deum verbum gratulatiuū/querulatiuū: cōpassiuum. Gratulatiuū pro sui respectōe querulatiuū p filij amissione. cōpassiuum p xp̄i desolatōne. verbum gratulatōis maria ad deum habuit in labijs qñ p eo qꝫ dominus humilitatē respexit dixit. Magnificat aīa mea dn̄o. Hoc est contra ingratos qui heu p multis ⁊ magnis bn̄ficijs paruas deo gratias agunt. ⁊ qñqꝫ p ipsa dei beneficia contra deū insolescunt. Verbū querulatōis maria ad deū habuit in labijs: qñ filio p triduum amisso dixit. Fili quid fecisti nobis: sequit̄: pater tuus et ego dolētes q̄rebamus te. Hoc est contra indeuotos q̄ cū dolore iesum non querunt: quādo ip̄m p subtractionē deuotionis p multos dies amiserunt. Verbū cōpassionis ad deum habuit maria qñ in nuptijs filio dixit. vinum nō habent. hoc est cōtra immisericordes/quos alioꝝ defectus ad pietatē non mouent. nec apud deum nec apud homines proximos suos pmouent. Eya nūc aduocata nostra maria ecce adhuc necesse est nobis vt filio tuo suggeras p nobis quōz vinum non habēt multi ex nobis. vinū vtiqꝫ gratie sp̄ūssancti: vinum cōpunctōis: vinū deuotionis: vinū sp̄ūalis consolatōnis. De quo beat9 Bern̄. sic ait. Quotiēs mihi necesse est fratres post lacrimosas querimonias vestras exorare matrem misericordie vt suggerat benignissimo filio suo q̄m iam vinum nō habetis. ⁊ ipsa dico vobis carissimi si pie a vob' pulsata fuerit non deerit necessitati vestre. quōz misericors est ⁊ misericordie mater. nam si cōpassa est verecundie illoꝝ a quib9 fuerat inuitata: multomagis compatietur vobis si pie fuerit inuocata. Pensate fratres ex predictis quantus amicus marie rex regum fuerit cum ipsa tantam gratiaz labiorum habuerit. Scriptum quippe est Prouerb. xxij. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum habebit amicum regem. Tercio

consideratе carissimi in maria gratiam priuilegiorum. De hac q̄ dez gratia dicitur Luce.i. Inuenisti gratiā apud dn̄m/ ecce con cipi es in vtero ⁊ paries filium ⁊ vocabis nomen eius ihesum hic erit magn⁹ ⁊ filius altissimi vocabitur. vide quō gabriel asserēs mariā inuenisse gratiā. statim eandē gratiā specificans subiungit. Ecce inqt cōcipies in vtero ⁊c. O q̄ magnū ⁊ omnib⁹ seculis inauditū priuilegium q̄ virgo in vtero concepit ⁊ filiū altissimi peperit. Possumus autem notare septem priuilegia marie. pri uilegia inq̄ immensis gratijs plena soli marie a deo concessa.
Primum marie priuilegium est: super quod omnes homines ab omni peccato fuit purissima. fuit nanq̄ tam copiosissime in vte ro sanctificata q̄ etiam ad venіale peccatū nunq̄ in tota vita sua fuisse creditur inclinata. vn̄ bernardus ait. Decuit reginam vir ginum singularis priuilegio sanctitatis ab omni peccato ducere vitam. que dum peccati mortisq̄ pareret pemtorem munus vite ⁊ iustitie omnibus optineret. Secundū marie priuilegium ē q̄ ipsa super omnes homines fuit gratia plenissima. vn̄ hieroni m⁹. Ceteris p partes p̄stat: marie vero se totā infudit plenitu do gratie. ⁊ ideo bene beatus idem doctor gratiā marie gratiā an gelorum cōferens ⁊ preferens ait. Beatam ⁊ gloriosam virgi nem mariam credendum est ampliora pmeruisse virtutum p̄ui legia ⁊ percepisse etiam gratiā ab angelis collaudandam. Ter tium marie priuilegium est/ q̄ ipā sola mater ⁊ virgo incorrup tissima est. Hoc priuilegium beatus bernardus cōmendans ait. Optimam partem elegit sibi maria. optimam plane. quia bona ē fecunditas coniugalis: melior castitas virginalis: optima virgi nea fecunditas seu fecunda virginitas. Marie priuilegium non dabitur alteri: quia non auferetur ab ea. Quartum marie p̄ uilegium est/ q̄ ipsa sola mater filij ineffabilissima est. ipsa sola il lius filij mater est cuius solus deus pater est. Mirum supra mo dum q̄ tam maximum priuilegium creature concessum est. De hoc etiam priuilegio beatus bernardus ait. Ipsa est nostre vir ginis gloria singularis ⁊ excellens prerogatiua marie q̄ filiū tu um eundemq̄ cū deo patre meruit habere communez.
Quintum marie priuilegium est/ q̄ ipsa super omnem crea turam deo etiam corporaliter familiarissima fuit. Nā qd̄ nunq̄ creature concessum est nec conceditur in eternum Ipsa deuz no uem mensibus in vtero portauit: ipsa deum vbere de celo plena lactauit: ipsa deum multis annis dulciter educauit: ipsa deum sib subditum habuit: ipsa deū puerum in amplexibus ⁊ osculis fami

liatissime contrectauit·sicut augustinus euidenter asserit dicens Nec mirum maria vt dignetur tibi congaudere deus regnans in celis·quē paruulū ex te hominem natum / todiens osculata es in terris Sextum marie priuilegium est / ꝙ ipsa super omnem creaturam apud deū potentissima est·vñ augustinus· Ipsa meruisti existere mater eiusdem redemptoris·Augustinus·impetra quod rogamus:excusa quod timemus· quia nec potenciorem meritis inuenimus ꝙ̄ te que meruisti existere mater eiusdem redemptoris ⁊ iudicis·Grande priuilegium est ꝙ ipsa p̄ omnibus sanctis apud deum tam potentissima est:sicut illud Augustinus declarat dicens·Nec ꝙ̄ dubium quia que meruit pro liberandis proferre precium·posse plus omnibus sanctis liberatis impendere suffragium·Sed quid tanta marie potentia prodesset nobis si ipsa curaret de nobis·Propter hoc carissimi sciamus indubitanter / ⁊ pro hoc gratias agamus incessanter·quia sicut ipa apud deū omnib9 sanctis ē potencior / ita q̄ꝫ ꝓ nobis apud deum omnibus sanctis ē sollicitior·testante eodem doctore augustino qui sic ait· Te solā o maria ꝓ sancta ecclesia sollicitam p̄ omnibus sanctis / scimus q̄ impetras induciās transgressoribus vt renuncient suis erroribus

Septimum marie priuilegium est ꝙ ipsa super sanctos in gloria excellentissima est·vnde Hieronimus vbique confidenter sancta dei canit ecclesia qḋ de nullo alio sanctorū fas est credere vt vltra angelorum vel archangelorum merita transcenderit. hoc quippe priuilegium quasi non nature:sed gratie est virginis marie · Ecce ꝙ̄ gloriosum glorie marie priuilegium:ꝙ ipsa in gloria gloriosissima est post deū·Gloriosuꝫ glorie marie priuilegium est ꝙ quicquid post deum pulcrius :quicquid dulcius:quicquid iocundius in gloria est / hoc maria / hoc in maria / hoc per mariam est.Gloriosum omnino glorie marie priuilegium est ꝙ p9 deum maior gloria nostra / maius nostrum gaudiuꝫ de maria est vnde Bernhardus·Summa gloria est o maria post dominum te videre tibi adherere in tue protectionis munimine demorari Hec igitur sunt septem gloriosissima priuilegia marie quorum gratia optinemus vitam gratie·Et ideo obsecrare possumus mariā sicut Abraham obsecrauit saram / dicens Genesis·xij·Dic obsecro ꝙ soror mea sis vt bene mihi sit propter te / et viuet aīa mea ob gratiā tui·O ergo maria o sara nrā dic ꝙ sis soror nrā vt ꝓpter te biñ nobis sit a deo ⁊ ob grāꝫ tui viuāt aīe nrē in deo

Dic itaq̧ carissima fac nr̃a φ sis soror nr̃a vt ꝓpter talem sororẽ egiptij id est demones nos reuereant̃. vt etiã ꝓpter taleȝ sororem angeli nob' in acie ɔiungant̃. vt insup ꝓpter taleȝ sororem pater ⁊ fili⁹ ⁊ sp̃us sanctus nr̃i misereant̃. Quarto ɔsiderate carissimi i maria grãm premioꝝ de qua tñ ꝑ p̃te in septimo marie priuilegio iaȝ tactũ est. De hac grã põt accipi φ dicitur eccĩ. xxvi. Grã super gratiam: mulier pudorata ⁊ sancta. Mulier super omnes mulieres pudorata: super omnes sancta est maria: in qua est grã super grãm: gratia glorie sup̃ grãm vie: grã premioꝝ in celo sup̃ grãm meritoꝝ in mundo. Hec aũt grã beatitudinis marie ɔsistit in septeȝ dotibus corpis ⁊ anĩe. Q̃ǒlibet enim corpus glorificatum habet q̃tuor dotes gloriosas: vicȝ dotem mire claritatis: dotem mire subtilitatis: doteȝ mire agilitatis: dotem mire impassibilitatis / ⁊ si oĩm btõꝝ corp̃a his q̃tuor dotibus de⁹ glorificauit q̃ntomagis corpus istud φ ip̃m glorificatorem oĩm corp̃m genuit. Quid miꝝ si dote claritatis clarissima sit in celo: que dono sanctitatis tam clarissima fuit in mũdo. De ip̃a nanq̧ btũs bernhardus ait: adhuc inter peccatores degens tãta ante deũ claruisti sanctitate. vt sola solio et'ni regis approximare merueris. Item qd miꝝ si dote subtilitatis subtilissima sit q̃ dono humilitatis tam subtilissima fuit in mũdo. Ip̃am enim alloquens beatus bernhardus dicit. Nunq̃ sup̃ choros angeloꝝ sublimata ascendisset nisi p̃us infra omẽs homĩes humiliata descendisset. Item qd miꝝ si dote agilitatis velocissima sit in celo q̃ dono pietatis tã velocissima fuit in mũdo. Ip̃a nanq̧ abijt in montana cũ festinatõne ꝓ officio pietatis. De cui⁹ festinatõnis velocitate amb' ait. Quo iam deo plena nisi in montana cũ festinatõe ascenderet. Nescit tardare molimia sp̃us sancti grã. Itẽ qd miꝝ si dote impassibilitatis impassibilissima sit in celo: que dono patiẽ ⁊ eq̃nimitatis tam impassibilissima fuit in mũdo: vt ip̃a nec minimum impatiẽ vel odij vulnus sentiret: cũ suam ipsius aĩam gladius ptransiret: imo etiam signum vulneris signuȝ passionis impatientie nec legimus: nec credimus in maria q̃nq̧ apparuisse. vnde bernhardus ait. Reuolue diligenter euangelice hystorie seriem vniuersam / ⁊ si quid forte increpatorium: si quid denique signum certius indignationis occurrerit: maria de cetero suspectam habeas ⁊ accedere verearis. Ceteꝝ si tanta est gloria gloriosissimi corpis marie: q̃nta putas est gloria sue beatissime anĩe. Q̃ǒ licet certe beata anima tres habet dotes ipsam beatificantes. vicȝ dotem mire cognitionis: dotem mire dilectionis: dotem mire fruitionis: vel

scd̄m modernos quosdam: dotem visionis/fruitionis/tentionis. Quocunq̧ aūt modo dotes anime accipiant: certū q̄ dotes anime marie oīm animaꝝ dotibus p eferant. Nam si omnes beate anīe: his dotibus beatificant in celo: q̄ntomagis anima eius que oīm animaꝝ beatificatorem genuit in mundo. Quid mirꝝ si iam in lucidissima cognitione est anīa marie que iam ꝑfundissime vnita est luci et̄ne. vnde beatus bernhardus ait: ꝑfundissimam diuine sapīe vltra q̄ credi valeat penetrauit abissum vt q̄ntum sine personal vnione creature dicio patitur: luci illi inaccessibili videatur vnita. Item quid mirum si iam infecundissima dilectione est anima marie: quid inq̧ mirum si pre omnibus diligat q̄ omnibus est dilecta: vere pre omnibus/ait enim beatus augustinus ad ipsam. Te ipse rex regum vt matrem verā/ꝛ decoraꝫ sponsam pre omnibus diligens amoris amplexu sibi assodat. Item quid mirum si iam in iocundissima fruitione sit anima marie que benedicto fructu ventris sui pascitur dulcissime. vnde beatus augustinus ait. Marie anima claritate fruitur xp̄i ꝛ gloriosis ei⁹ amplexibus semper presens: semper conspiciens: semper videre sitiens inestimabiliter pascitur. Igitur gloriosissima maria omnes sanctos excedit in gratia vie/in gratia meritorum ita omnes sanctos excedit in gratia glorie/in gratia premioꝝ. vnde bene ip̄a signata est per hester reginam: de qua legitur q̄ ducta ad cubiculum regis assueri habuit ꝛ misericordiam coram eo super omēs mulieres/ꝛ posuit dyadema regni in capite eius. Hester interp̄tatur euacuata eleuata: hoc optime conuenit marie de qua beat⁹ hieronimus/ait. Eleuatur super choros angelorum vt possit speciem vultum q̄ videre saluatoris: quem amauerat: quem concupierat ex toto desiderio cordis. Ista hester regina beata virgo maria ducta est in eius assumptione in cubiculum regis assueri regis eterni: in cubiculum vtiq̧ de quo Augustinus mariam alloquens ait. Tu in cubiculi regij beatitudine gēmis ac margaritis ornata ꝯsistis. Ducta itaq̧ in hoc cubiculū q̄etis et̄ne regina maria grām regis assueri id est grāꝫ veri regis hēt sup omēs mulieres id est sup omēs intelligētias angelicas ꝛ sup omēs btās animas vt sit i maria gratia sup grāꝫ oīm btōꝝ. Nā reuera in capite ei⁹ rex regū dyadema regni posuit/dyadema certe taꝫ inp̄ciabile/dyadema tā delectabile/dyadema tā mirabile q̄ hoc oī lingue inenarrabile omī ingenio inscrutabile ē. sic ergo caussinn vidistis

quanta gratia donorum/ quanta gratia labiorum/ quanta gratia priuilegiorum quanta gratia premiorum affluentissima sit maria: rogamus ergo ipsam tanta inuentricem gratiarum vt et nos faciat inuenire gratiam apud dominum per dominum nostrum etc.



De gratia plena. Non sufficit archangelo gratiam marie simpliciter cōmendare sed etiam plenitudinem eius voluit signanter insinuare cum dixit gratia plena: O vere plena et plene plena. ad hec certe non dixerat gabriel ecce concipies in vtero etc. ad hec etiā non dixerat spiritussanctus superueniet in te etc. si ergo ante superuentionem spiritussancti / si ante cōceptionē filij dei plena fuit maria: quātomagis post. propter hoc bene de eius plenitudine et de plenitudinis eius gratitudine dicit augustinus. hec milies plenissima ab angelo salutata spiritusancto repleta. plenitudinis diuinitatis afflata. Bene ergo plena dicitur maria. plena inquam illuminatione sapientie/ plena inundatione gratie/ plena possessiōe bone vite/ plena vnctione misericordie/ plena fecundatione prolis. pie plena perfectione ecclesie/ plena respsione odorifere fame/ plena resultatione diuine glorie/ plena etiā fruitiōe eterne leticie. has nouē plenitudines cōsideremus in maria: que nouē ordinū angelicorum plenitudines in gloria. Primo cōsideremus carissimi quod plena est maria illuminatione sapientie et intellectus. vnde ipsa bene per lunam plenā signari potest. de qua dicitur prouer. vij. Non est in domo sua abijt via longissima sacculū pecunie secum tulit in die plene lune reuersurus. hic est vir ille de quo hiere. xxxi. Creauit dominus nouū super terram. mulier circundabit virum. mulier maria. mulier vtique sexu non corruptione. mater virtutis dominum nostrum circundedit vtero suo circūdedit habitu nostro. hic vir. si tamē vt ait Josephus. Mat appellari fas est tres domos habet. Imperatorie maiestatis est in palacio habere tres mansiones videlicet cōsistoriū cenaculū cubiculū. Consistorium est domus causarum: cenaculum ciborum: cubiculū quietis. Sic imperator noster qui imperat ventis et mari/ habet domū causarum mundum. habet domū ciborū modo ecclesiā olim synagogam. habet domum quietis racionalem animam. Sed heu vir iste dominus virtutum a domo mundi/ a domo synagoge/ a domo anime valde fuit elongatus. quia longe a peccatoribus salus. Vir ergo iste in domo sua non fuit. quando per hieremiam conquerendo dixit. reliqui domum meam dimisi hereditatem meam. Sacculum etiam pecunie secum tulit / quia thesaurum misericordie et

gratie sue a mundo absconoit. Sz ecce vir iste in die plene lune reuersus e: illi9 inq lune de q dicit eccl. vi. Pulcra vt luna Luna ergo est maria/luna plena/ maria plena /lune plene maria bn ppata est: que lumine sapietie et veritatis a sole eterno plene illuminata e. vn maria bene illuminata interptat siue illuminatur. Ipsa nanq luna/ et lucerna nra illuminata fuit a dno/ et illuminatur fuit mudo. iuxta illud ppheticu Quoz tu illu. lucet. m. In hui9 lune plenitudine vir reuersus e in domu. xpus p carnez venit in modm. O vere mirabilis hui9 lune plenitudo. Ecce si maria plena fuit lumine sapie. qd a sole eterno recepit pus qz ipm concepit. qnto plenior fuit dum huc solem tam mirabilit ocepit et tam totaliter in se recepit. Et ideo bn plenitudine sapie marie beatus bern. omendans ait. Extruxit in maria sibi domu sapientia celestis q a deo mentem ei9 repleuit vt de plenitudine mentis ei9 fecundaret / et carn ac vgo singulari gra eandem ipam sapientiam carne tecta pareret qm pus mente pura ocepe:at Scdo considerem9 qz plena e maria in vndatione gratie in affectu. Tanta nempe inundatio gratie: tanta profunditas: et magnitudo in maria fuit vt ipsa bene mare plenum dici posset: iuxta illud. i. para. xvi. Tonet mare et plenitudo ei9. Sicut in mari aqrum: sic in maria sunt ogregationes gratiaz. vnde scriptum est congregationes appellantur maria. Dicitur qq eccl. i. omnia flumina intrant in mare/omnia flumina sunt/omnia gratiaz dona que intrauerunt in mariam iuxta illud eccl. xxiiij. In me omnis gratia vie et veritatis &c. Qua plenum sit hoc mare qz plena gratia sit maria beatus hieronimus apit/dicens. Bene plena quia ceteris per ptes prestat/marie vero simul se totaz infudit plenitudo gre: hoc ergo plenum mare audiamus otra vicia tonare. Tonet ergo mare et plenitudo ei9/tonet plenu mare/tonet plena maria Tonet otra luxuria castitatem pponendo et dicat qmodo fiet illud qm vi no og. Tonet etiam otra supbiam humilitate sentiendo/ et dicat: ecce an. dni &c. Tonet qq otra magnitudinem gratias agendo/ et dicat. Magnificat anima &c. De plenitudine huius maris similiter in ps. dicitur. Moueatur mare et plenitudo eius/moueatur mare /moueatur maria/ moueat certe suspirijs et castigationibus: moueatur lacrimis et oronibus: moueat elemosinis et alijs venerationib9. Moueatur inq plene vt nobi effundat de sua plenitudine. Attendam9 qd nobis btus bern. de ea loqt/ait eni sic. vas liquore plenum si moueat de facili subuertit et effundit liqrez: sic bta vgo maria si moueat pcibus effundit

ſtquorem: ſic beata virgo maria ſi moneatur precibus effundit ſi quorem in nobis Tercio conſideremus ꝙ plena eſt maria poſ ſeſſionib⁹ bone vite in effectu. De hac plenitudine vere poſſum⁹ dicere / dñi eſt terra ꝛc. per terram bene ſignificat maria de qua ſic legitur in Eſa. Aperiatur terra ꝛ germinet ſaluatorem. quid terra humilius / quid terra vtilius. Terrã omnes ſub pedib⁹ habemus / ꝛ de terra omnes vitam fouemus. vnde enim victũ ꝛ veſtitum panem ꝛ vinum lanam ꝛ linum ꝛ huius vite neceſſaria niſi de terra ꝛ de plenitudine terre habem⁹. Quid ergo humilius. qd vtilius terra. Similiter quid humilius qd vtilius maria. Ipa deniqꝫ humilitate ſua omnium eſt infima. Ipa plenitudine ſua omnium eſt vtiliſſima. Vite nanqꝫ ſpũalis neceſſaria habemus de pleniſſima terra maria. ꝛ ideo bene beatus bernardus ait. Altius intuemĩ quãto deuotionis a nobis voluit honorari mariã. qui totius boni plenitudinem poſuit in mariã. ut proinde ſi qd ſpei in nobis ẽ. ſi qd gratie / ſi qd ſalutis ab ea nouerimus redundare. Sed a quo ꝛ cuius eſt tanta huius terre plenitudo. audi / Dñi eſt terra ꝛ plenitudo eius. ꝛ iterũ. meus eſt orbis terre ꝛ plenitudo ei⁹. Plenitudo terre conſiſtit in fructibus ꝛ diuerſis poſſeſſionibus terre. iuxta illud pſal. Impleta eſt terra poſſeſſione tua. fructus autẽ ꝛ poſſeſſiones pleniſſime terre marie ſunt opera. mores / exempla / ꝛ diuerſa merita ſanctiſſime vite marie. Talibus enim poſſeſſionibus eam dñs reſpexit / talibus eam bonis impleuit. Unde eccleſiaſtici xv. Dñs in terraꝫ reſpexit ꝛ impleuit eam bonis ſuis. De hac eius plenitudine Hieronimus mentionẽ faciens inquit. Talibus decebat virginem oppignorare muneribus vt eſſet gratia plena que dedit celis gloriam terris deuꝫ pacemqꝫ refudit. fidem gentibus finem vicijs. ordinem vite / moribus diſciplinã. Quarto conſideremus cariſſimi ꝙ maria plena eſt vnctione miſericordie plena oleo. pietatis. vnde ipſa ſignata eſſe poteſt ꝑ illam mulierem cui clauſo hoſtio domus ſue omnia vaſa intus congregata facta ſũt miraculoſe oleo plena ſ̃m ꝙ helyſeus ei ꝑdixerat. iiij Reguꝫ. iiij: dicens. Cum plena fuerunt tolles. mulier iſta eſt maria que etiã a filio ſuo mulier appellata eſt Jo. xix. mulier ecce filius tuus. Huius mulieris vaſa ſunt affectus ꝛ effectus / deſideria ꝛ beneficia q̃ omnia oleo miſericordie plena ſunt in maria. Unde de hoc oleo beatus bernardus bene ait. Nec miruꝫ o domina ſi tã copioſo miſericordie cordis tui ꝑfuſuꝫ ẽ ſãctuariũ. cũ illud ineſtimabile opus miſericordie qd ꝑdeſtinauit deus añ ſecula in redẽptionẽ noſtrã ꝑmũ ſic in te a mũdi artifice fabricatum. Dicamus

ergo carissimi dicamus marie· Date nobis de.o.v. Petamus oleū misericordie eius in mundo ne frustra petamus in iudicio· Quod autem domus in qua vasa replebant̄ clausa fuit: hoc optime marie convenit· De cuius clausura Ezechiel ait· Porta clausa erit ⁊ non aperiet̄/ ⁊ vir non transiet p eam: qm̄iam dn̄s deus israhel egressus est per eam· Porta marie clausa fuit sera virginali: vir non transiuit p eam amplexu maritali: dn̄s deus ingressus est per eam natiuitate singulari· Sed certe quia ad multiplicatōem olei vasa etiam viduarum non pauca collecta fuerunt: ideo quoqꝫ p vasa illa omnes signari possunt: qui plenitudinis misericordie marie participes sunt· Quid aūt illi beatus bernh· declarauit cum dixit· Maria oīb⁹ sinū mīe apuit· vt de plenitudine ei⁹ accipiant vniuersi: captiuus redemptionē: eger curationē/ tristis consolationem/ peccator veniā: iustus grām/ angelus leticiam: demqꝫ tota trinitas gloriam: filij psona carnis humane substantiam Quinto carissimi consideremus qꝫ plena est maria· fecundatione prolis diuine De plenitudine illa intelligere possumus illud ysaie·vi· Vidi dominum sedentem super solium excelsum et eleuatum/ et plena erat dom⁹ maiestate eius· Dom⁹ illa in cuius solio dn̄s sedit est beata virgo in cuius mētis solio dn̄s requieuit· O vere beatissimum o vere stabilissimū soliū sicut dicit̄·iij·Re·viij· firmissimū solium tuū in etnū: hoc soliū excelsum ē in intellectu/ eleuatū in affectu/ excelsū ē qꝫ sup hoīes eleuatū sup homīes: excelsum insup ē in grā eleuatū in gloria . In solio ergo marie: in solio inqꝫ mentis ei⁹ dn̄s sedebat/ ⁊ dn̄s corpis ei⁹ maiestate vbi incarnati plena erat De hac ineffabile plenitudine btūs Amb· ait· Bn̄ sola grā plena dicit̄: q̄ solā grām qꝫ nulla alia osecuta ē. vt grā repleret auctore· O vere felix dom⁹ tā felici fecūditate plena/ ait nāqꝫ btūs bernh· Bn̄ grā plena q̄ ⁊ vginitatis grām tenuit/ ⁊ fecunditatis glorā acq̄siuit: dn̄s ergo in solio mētis marie sedit p grām ⁊ domū corpis ei⁹ maiestate sua impleuit p assūptā naturā. vn̄ iij·re. viij· dicit̄ Impleuerat glā dn̄i domū dn̄i/ tūc ait salo· Dixit dn̄s vt hītaret ī nebula/ dom⁹ ergo dn̄i maria ipleta ē glā diuine maiestatis p nebulā assūpte a dō humilitatis: illā dico nebulā de q̄ dicit̄ eccī·xliij· Medicina oīm ī festinatōe nebule/ ⁊ iter eccī·l·q̄si stella matutina in medio nebule ⁊c· Nā q̄si stella in nebula ē verbū in carne assumpta. Sexto osideremus carissimi q̄modo maria fuerit plena perfectione vniuersalis ecclesie Diuersas ⁊ mirificas perfectiones ⁊ gratias in diuersis sanctis suis habuit/ ⁊ habet ecclesia in quorum plenitudine videtur detenta fuisse maria ut vere dicere possit ill ō eccī·xxiiij· In plenitudine sanctorum detentio mea

Reuera in plenitudine sanctorum marie detentio fuit· dum in mi-
rifica perfectione sua plenitudo perfectionis sanctorum sibi nō de-
fuit· sicut beatus bernardus declarat cum ait· Merito in plenitu-
dine sanctorum detentio eius cui nec defuit fides patriarchaꝝ spi-
ritus ꝓphetarum· zelus apostolorum· constancia martirum/ sobri-
etas confessorum: castitas virginum· fecunditas coniugatorum·
immo nec puritas angelorū· Scriptū quippe ē Ecclesiasti· xxiiij
In plenitudine sanctoꝝ admirabit̄· Ad hoc certe in plenitudīe
sanctorum nō in plenitudine impiorum detentio marie est· Quia
apud eos qui pleni sunt sanctitate · non apud eos qui pleni sunt
iniquitate maria libenter est· Ipsa q̊ȝ nō solū in plenitudine san-
ctorum detinetur/ sed etiam in plenitudine sanctos detinet ne eorū
plenitudo minuatur· Detinet nimirum virtutes ne fugiant· deti-
net merita ne pereant· detinet demones ne noceant· detinet filium
ne peccatores ꝑcutiat· Ante mariam non fuit qui sic detinere do-
minum detinere auderet/ testante Esaia qui dixit· lxiiij· Non est
qui inuocet nomen tuum qui consurgat ⁊ teneat te· Septimo
consideremus quomodo plena sit maria respsione odorifere fame
sicut enim ager plenus odoriferarum spetieꝝ odoribus/ sic maria
plena est odoriferis fame sue aspsionibus· De hac plenitudīe ac-
cipiamus qđ legitur Genesis xxviij· Ecce odor filij mei sicut odor
agri pleni cui benedixit dominus· Ager iste est maria in qua the-
saurus angelorum immo totus dei patris absconditus est. Felix
qui vendit omnia que habet ⁊ emit agrum istum· Cui9 agri ple
ni/ plen9 odor· ē plena marie fama plen9 honor· đ hoc beat9 Hie-
ro· ait· quia multis repleta erat v̄tutū odorib9: manans ex ea fragra-
bat suauissimus odor spiritibus angelicis· De isto odore ipsa san
cta gloriando dicere potest· Sicut cynamomū ⁊ balsamum aro-
matis odorem dedi· Odor marie fuit sicut cynamomum exteri9
in cortice cōuersatōis sicut balsam9 · interius in vnctōe d uotōis
sicut mirra: interius in āmiratione castigationis· fuit quoq̧ odor
marie sicut cynamomum in actione· sicut balsamuȝ in contempla-
tione/ sicut mirra in passione· O vere diues ⁊ nimis diues que p̄-
ter alia aromata tam plena fuit odorifero spiritussancti balsamo
vt bene de illo/ spiritussanct9 superueniet in te Beatus bernard9·
loquens dicat· Preciosum illud balsamum tanta tibi copia tanta
q̧ plenitudine influet vt copiosissime effluat circunquaq̧· Bene
ergo dicere potuit de9 pater· Ecce odor filij mei sicut odor agri
pleni quasi dicat ecce odor filij mei honor filij pleni ex honore ple
ne matris sue est ⁊ fama. Vnde Jeronimus ait/ honor maternus

eius est·qui ꝺ ea natus ē Octauo ꝯsideremus carissimi q̄modo plena est maria resultatōne siue expressione diuine glorie iuxta il= lud eccī·xliiij·gloria dn̄i plena ē opus ei9 Opus anthonomafice opus dn̄i mirabile est maria·de quo dicit̄ ecci·xliij·vas ā̄mirabi le opus excelsi· vere opus mirabile. quia nusq̄ȝ inuenit̄ simile·vn̄ iij·Regū·x·dicit̄·Non est factum tale opus in vniuersis regnis non vtique in regno celestium /non in regno terrestrium/non in regno infernoꝝ/quia nullū tale opus in celo/nullum tale in mū do/nullum tale in limbo fuit·Hoc ergo opus plenum est domini ca gloria/quia super omnem puram creaturam resultat /ꝛ relu= cet plenissime in maria ·Nam preter assumptam a verbo naturā nullū est opus/nulla est creatura in qua tanta diuine glorie ma teria reluceat sicut in maria·Gloriam enim de restauratione fa= cta in celo /gloriam de redemptione facta in mundo / gloriam de liberatione facta in inferno / habet domi9 per mariam /habet per plenitudinem marie·Et ideo bene ait Anselmus sic· Cur solū loquar domina beneficijs tuis plenum esse mundum/inferna pene trauit/celos superauit· per plenitudinem enim gratie tue que in inferno erant se letantur liberata / ꝛ que supra mundum sunt se gaudent restaurata·Plenum ergo est gloria dn̄i opus eius ma ria/ quia sicut dicitur ysaie vi.plena est omnis terra gloria eius plena vtiq̄ȝ est omnis terra / plena est tota maria relucente in se plenissime diuina gloria·Merito aūt omnibus predictis gratijs plenissima dicitur/que omnibus non ingratis gratissima credit̄ sicut beatus bernhardus ostendit / qui de hoc verbo Aue gratia plena loquens sic ait. · Bene plena gratia / quia deo ꝛ an= gelis ꝛ homini grata/hominibus ꝑ fecunditatem/angelis per vir ginitatem/deo ꝑ humilitatem Nono ꝯsideremus carissimi q̄= modo plena sit maria fruitione leticie etne·quis enim nesciat eam ab his non exclusam:q̄bus filius eius dixit Joh·xvi· Petite et accipietis vt gaudiū vestrum plenum sit· Si ergo omnium apo= stolorum : imo oīm cum deo regnantium gaudium plenum est· quanto matris dei gaudium plenissime est plenum· De hac ple= nitudine beatus Jeronim9 inquit· Plena siquidē gratia:plena deo:plena virtutibus:non potest non possidere pleniter gloriam claritatis etne· Quid miꝝ si leticiā et gloriā plenā / et supplenā habet in regno/q̄ gratiam plenam ꝛ supplenā habuit in exilio · Quid certe miꝝ si tā i celo q̄ȝ in mūdo ei9 plenitudo sup oēȝ crea turaȝ sit: de cui9 plenitudie oīs creata viresc it·vn̄ anselmus ait.

O femina plena et super plena gratia de cuius plenitudinis exundantia respersa reuiuiscit omnis creatura. Hic ergo carissimi videtis in maria plenitudinem sapientie illuminatiuã. plenitudinem gratie mundatiuã. plenitudinem vite fructificatiuã. plenitudinem misericordie subuentiuã. plenitudinem ecclesie perfectiuã. plenitudinem fame respersiuã. plenitudinem diuine glorie expressiuã. plenitudinem eterne letitie suggressiuã. Eya ergo lenissima virgo maria nos tã inanes tã vacuos sic participes plenitudinis tue facias vt tandem ad eternam plenitudinem pertingere valeamus. Per dominum nostrum hiesum christum.

AVe maria gratia plena dñs tecũ. Ostẽsũ est sup quõ maria ppt purissimã vite innocẽtiã merito p aue salutat. ostẽsũ est qq quõ pter copiosissime grẽ affluẽtiã merito gratia plena commemorat. Ostendẽdũ aũt nũc est quõ pter specialissimã dei pñtiã merito dñs secũ fore insinuat. Dñs ergo tecũ. O magne gabriel magnũ qd magne marie de magno dño nũcias. Magnũ est qd ei dicis dñs tecũ. Sed dic nob qntũ vel quõ secũ. Et ecce beat9 augustin9 i psona gabriel ad hoc respõdens ait Dñs tecũ s3 pl9 q mecũ. dñs tecũ s3 nõ sicut mecũ. i me licet sit dñs memetipm creauit dñs. p te aũt nascitur9 ẽ dñs. Dñs ergo o maria. sed qs vl qnt9 dñs? Dñs tre oĩm generalit dñs hoĩm specialit. dñs tu9 singulart o maria. Dñs inq creatẽ generalit vniuersalis. dñs specialit natẽ rõnalis. dñs singlart aule tue vgĩalis o maria. Cõsiderãdũ ẽ ergo kmĩ q dñs iste de q dr dñs tecũ. ipe est generalit dñs creatẽ vniuersalis. vñ iudith. 9. Dñs celoꝝ creator aqꝝ et dñs toti9 creatẽ. Et sapi. 8. dr oĩm dñs dilexit illã. Oĩm certe vniuersalit. oĩm inq visibiliũ & inuisibiliũ. Iste vniuersalis oĩm dñs sic cum maria fuit q etiã ipã vniuersalẽ oĩm dñã3 fecit. dñã3 inq celi et dñãm mũdi. pter qd Anselm9 ait. Regina celi et dñã mũdi mater ei9 q mundat mũdãter cõfiteor q corp9 meũ nimis est imundũ. Sed ecce iste vniuersalis oĩm dñs. ipse est dñs potẽtissim9. dñs sapientissim9. dñs opulentissim9. dñs indeficientissim9. Dñs eni sine potencia: dñs sine sapiencia. dñs sine opulẽtia: dñs sine pmanentia minus pfect9 dñs esset. Vñ dominus impotẽs: dñs insipiẽs: dñs indigẽs: dominus deficiens siue non pmanens minus reputaret. Dñs ergo vniuersalis ipe dñs est potentissimus voluntate: dñs sapientissimus veritate: dñs opulẽtissim9 pprietate: dñs indeficientissim9 etnitate Primo attẽdite kmĩ q dñs vniuersalis q cũ maria ẽ ipe dñs potẽtissim9 voluntate sic bñ de dño isto pphẽa ait. oĩa qcũq3 voluit

dominus fecit &c. vsq abissis. Ergo nec i celis nec in tris nec in oib9 infern abissis volūtati tā potētissimi dni resistere qsq̄m potest. teste mardocheo q de isto dno ait hester. xiij. Dne rex oipotēs i ditione tua cūcta sūt posita. et non est q tue resistere possit voluntati. Ecce maria q̄ntus dns est, q potētissimus dns est qui tecū est. Et qa dns potētissim9 potētissime tecū ē. ido & tu es potētissima secū. potētissima es p ipm. potētissima apud ipm. ita vt vere dicere possis illō. eccī. xxiiij. In hierusalē potestas mea. Hierusalē signat ecclam tumphātē i celis. signat etiā ecclam militātē in tris. Nam vere tam in celis q̄m in tris potestatez habet mater potentissima creatoris. quā potentissimā ognoscit anselm9 cū orans ait. Exaudi pia adesto ppicia adiuua potentissima ut mundent sordes mentis mee & illumnent tenebre mee. Dns ergo tecū o maria potentissima. Scdo attendite carissimi. q vniuersalis dns q est cum maria ipe est domin9 sapientissimus veritate ipe eni est donnnus de quo in ps dicit. Magnus dominus noster & magna virtus eius & sapie eius nō est numerus. O q̄m sapientissimus dominus cuius sapiaz nihil fallere nihil latere potest. qa omnia manifesta & oculta nouit. Omnia vtiq opera nostra bona & mala. omnia verba nostra bona & mala. omnes cogitatiōes & omnia desideria nostra bona & mala. omnia scit dominus. Unde petrus ait Joh. xxi. Dne tu omia scis. Ecce maria q̄lis dns est q̄m sapientissimus dominus qui tecum est. & quia dominus sapientissim9 sapientissime est tecū. et ido tu es sapientissima secū sapiētissima es p ipm. Tu eni signata p illam abygail de q dicit pmi Regum xxv. Eratq mulier illa prudentissima et speciosa Maria tam prudentissima tam speciosa fuit q anselmus de ipsa audacter ait Omnes thesauri sapientie et scientie in maria. Dns ergo tecum o maria sapientissima. Tercio attendite carissimi q dominus vniuersalis qui cum maria est ipse est dns opulentissimus pprietate. sicut bene de isto domino pphetā testatur dicens Domini est terra et cetera. vsque in eo. Domini certe est non solum terra et plenitudo eius. imo etiam celum et plenitudo eius Tui eni domie sunt celi et tua est terra. quia celum celi domino Domini huius omia sunt pp̄ria celum et terra corporalia et spiritualia. omis natura. omis gratia. omnis celestis gloria. omnia sunt domini pp̄ria. Dominus ergo ditissimus est. sicut etiam apls ait ad Ro. x. Ideo dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum. Ecce maria quantus dominus est q̄m opulentissimus dominus est qui tecū est. Et quia dominus opulētissimus opulē

tissime est tecum: ideo tu es opulentissima siue ditissima secum ita vt ve tibi dici possit illud prouer.xxxi. Multe filie cogre. diuitias tu super gressa es vniuersas: filia agnes: filia lucia/filia cecilia/filia agatha/filia katherina /et multe alie filie: et multe alie virgines san cte: multe anime iuste congregauerunt diuitias virtutum/et gra tiarum diuitias meritorum et premiorum: sed maria vniuersis diui tijs supergressa es excellentissime vniuersas. O quam diues est maria in gloria: que tam diues fuit in miseria. O quam diues est in celo. que tam diues fuit in mundo. O quam diues est in anima sua: que tam diues fuit in carne sua. vt enim beatus bernhardus exclamans dicat. O diues in omnes/et super omnes maria de cuius substan tia modica pars assumpta totius mundi suffecit: sol vere delicta. Dominus ergo tecum o maria opulentissima ¶Quarto atten dite carissimi quod dominus vniuersalis qui est cum maria: ipse est dominus indeficientissimus eternitate. vnde habetis: exo.xv. Do minus regnabit in eternum et vltra /et in psalmo de isto domino dicitur. Tu aut domine in eternum permanes. Ecce maria quantus dominus est: quam indeficientissimus dominus est qui tecum est/et ideo quia dominus indeficientissimus indeficientissime est tecum: et ideo tu es indeficientissime in eternum secum. Tu enim es thronus il le indeficiens: thronus in eternum: thronus filij dei de quo pater per prophetam ait. Thronus eius sicut sol in conspectu meo / et sicut lu.p.in eternum vere in eternum. vnde non solum vere dici mus. Tu aut domine in eternum permanes: sed etiam vere dice re possumus. Tu aut domina in eternum permanes. Quid mirum si maria ipsa in filio suo permaneat in eternum: cum etiam benefi cia marie in seruis suis permaneant in eternum / ait enim beatus bernhardus. In te o maria angeli leticiam: iusti gratiam: peccato res veniam inueniunt in eternum. Dominus ergo tecum o ma ria indeficientissima: gaude nunc maria gaude: ecce dominus pote tissimus sic est tecum quod tu es potentissima secum. Dominus sapientis simus sic est tecum: quod tu es sapientissima secum. Dominus opulen tissimus sic est tecum: quod tu es opulentissima secum. Dominus in deficientissimus sic est tecum: quod tu es indeficientissima secum

Eya ergo potentissima domina esto nobis in potentissimis auxiliatrix. Eya sapientissima domina esto nobis insipientibus auxiliatrix consiliatrix. Eya opulentissima domina esto nobis indigentibus locupletatrix. Eya indeficientissima domina esto nobis in deficientibus perpetuatrix in omni bono. Consequenter consideremus carissimi ꝙ dominus iste de quo dicit dominus tecū ipse ē dominus spēaliter creature rationalis/ sicut ipa rationalis creatura in ps̄. ait. Dn̄e dominus noster ⁊c. Dn̄s omnium vniuersaliter dominus noster spēaliter. sit vtiqꝫ dominus noster sicut ysa. xxxiij. Dominus iudex noster: dominus legifer noster: dominus rex noster. dominus legifer noster ī mūdo/ dominus iudex noster in iudicio: dominus rex noster nos coronans in celo. Iste specialis noster dominus sic cum maria fuit ꝙ etiam ipsam specialez nostram dominam fecit. Quod bene beatus bernardus recognoscēs ait dn̄a nostra mediatrix nostra aduocata nostra. tuo filio nos reconcilia tuo filio nos commēda tuo filio nos representa. Sed ecce iste noster specialis dominus ipse est pijssimus dominus iustissimus dominus certissimus dominus noīatissimus. Dn̄s enī qui non esset pius in beneficiis iustus in iudiciis. dominus qui nō essꝫ certus in promissis. dominus qui non esset nominatus in populis minus reputaretur. Dominus ergo noster est dominus pijssim9 liberalitate/ dominus iustissimus equitate. dn̄s certissimus fidelitate: dominus nominatissimus famositate. Primo ergo attendite carissimi ꝙ dominus noster spetialis qui cuꝫ maria est ipse ē dominus pijssimus liberalitate misericordie sue infinite. Ipse enī est dominus de quo propheta ait. Tu dn̄e suauis ⁊ mitis ⁊ multum misericors domine inuocantibus te. Multe misericordie dominus ī multis beneficijs temporalibus. spiritualib9. eternalibus. que ex multa misericordia sua contulit nobis ⁊ conferre nō cessat. vtinam tantis domini misericordijs non simus ingrati. vtinam dn̄o tam misericordissimo simus valde grati cum Esa. qui de isto domino ait. lxiij. Miserationum domini recordabor laudeꝫ domini super omnibus que reddidit nobis dominus. Ecce maria qualis dominus est ꝙꝫ pijssimus ꝙꝫ misericordissimus dominus est qui tecum est ⁊ quia dominus misericordissimus misericordissime est tecum ideo ⁊ tu es misericordissima secū vt vere de te dici possit illud Esa. xvi. preparabitur in misericordia solium eius ⁊ sedebit super illud in veritate. Solium diuine misericordie est maria mater misericordie in quo omnes inueniunt solacia misericordie. Nam sicut misericordissimū dn̄m ita misericordissimā dn̄am

habemus. Dñs noster multe misericordie est omibus inuocantibus se/ ꝛ dña nostra multe mīe est omibus inuocantibus se: ꝓpt ꝙ optime bernh. dicit. Sileat miam tuam ḿgo beata q̄ inuocatā eā in necessitatibus uis sibi meminerit defuisse. Dñs ergo tecū o maria mi ericordissima Scdo attendite carissimi ꝙ dñs noster spēalis qui est cū maria: ipe est dñs iustissimus eqtate sicut bñ de dño isto in ps. dicit. Justus dñs ꝛ iusticias dilexit / ꝛ iterꝫ iustus dñs/ ꝛ rec. iudi. t. Justus certe est dñs in omibus iudicijs suis: in omibus causis: in omibus factis suis sicut iterꝫ in ps. dicit Justus dñs in omnibus vijs suis. Dñs ita iustus est in omī via iusticie. ꝙ ꝓpter nullam ꝑsonam declinat a via iusticie/ ꝛ ideo bene de isto domino dicit sapie. vi. Non subtrahet ꝑsonaꝫ cuiusq̄ dñs qui est oīm dominator: nec verebit magnitudinem cuiusq̄ q̄ niam pusillum ꝛ magnū: ipe fecit ꝛ equaliter est illi cura de omnibus. Ecce maria qualis dñs est: q̄ iustissimus dñs est qui tecum ē. Et quia dñs iustissimus iustissime ē tecū: ideo ꝛ tu es iustissime secū. Tu eī es ḿga aaron rctā: florida fructifera. Recta imo rectissima ꝑ iusticiā ꝛ eqtatem: florida ꝑ virginitatē: fructifera ꝑ fecunditatē. Que enim eēt virga recta si nō virga aaron eēt recta. Que aīa esset si non maria eēt iusta: hoc est ꝙ beatus bernh. dicit. Quis inq̄ iust⁹: si nō maria iusta de qua ortus ē sol iusticie. Dñs ergo tecū o maria iustissima Tercio attēdite carissimi ꝙ dñs spēalis noster qui ē cū maria: ipse ē dñs certissimus fidelitate ꝛ fidelissim⁹ certitudine sicut ꝓpheta testat̄ q̄ ait: fidelis dñs in omibus ḿbis suis. Recogitate ergo ḿba ista: q̄bus ꝓmisit coronā iustis/ ꝛ gehennā iniustis / ꝛ scitote ꝙ dñs fidelis fidelit̄ ḿba sua tenebit: fidelit̄ ꝙ locutus ē implebit: sicut de isto dño dicit̄ Ezechi. xxxi. Ego dominus locutus sum ꝛ faciam. verba vtiq̄ sua dñs fidelissim⁹ fidelissime tenebit: sicut ipe in euangelio suo dicit. Celū ꝛ t̄ra trāsibunt ꝛc. Ecce maria q̄lis dñs ē: q̄ fidelissimus dñs ē q̄ tecū ē: ꝛ q̄a dñs fidelissim⁹ fidelissime ē tecū: ideo et tu es fidelissima secū. Tu enim es illa fidelissima colūba noe q̄ int̄ summū noe/ ꝛ mundū diluuio spūali submerso: mediatrix fidelissima extitisti. Coruus in fidelis: colūba vero fidelis fuit. Sic ꝛ eua infidelis: maria ḿo fidelis inuēta ē Eua infidelissima mediatrix ꝑdi tōnis. maria vero fidelissīa mediatrix salutis fuit: ꝛ idō btūs bern. ait: fidelis mediatrix maria q̄ salutis antidotū viris ꝛ mulierib⁹ ꝓpinauit. Dñs ergo tecū o maria fidelissima. Quarto attēdite carissimi ꝙ noster dñs spēalis q̄ cum maria est: ipse est dñs nominatissim⁹ famositate Magni enī nois ē teste hiere. q̄ d̄ dño isto ait

Non est similis tui domine ⁊ magnus tu ⁊ magnum nomen tu-um · Magnū vtiq; fama ⁊ laude nomē domini est in omni popu lo sicut ꝓpheta ostendit dicens·Reges terre ⁊ omnes populi p̄n cipes ⁊ omnes iudices terre·iuuenes ⁊ virgines senes cum iunio ribus laudent nomen domini·Nominis aūt domini laus ⁊ fama non solum ad omnem populum ꝫ etiā ad omne tempus se exten-dit·sicut ꝑ eundem ꝓphetam patet qui ait·sit nomen domini bene dictum ex hoc nūc ⁊ vsq; in seculum·Itē nominis domini laus ⁊ fama non solum ad omnem populum/non solū ad omne temp9 ꝫ etiam ad omnem locum se extendit· sicut iā dictus propheta de clarans ait/A solis ortu vsq; ad occasum laudabile nomen domi ni·Ecce maria quantus dn̄s ꝙ nominatissim9 dn̄s est q̄ tecū est ⁊ quia dominus nominatissimus siue famosissimus/ famosissime ē tecum.ideo ⁊ tu es famosissima ⁊ nominatissima secū· Tu enim bene signata es ꝑ illā Ruth·de qua legit̄ sic · Sit exēplū v̄tutis in effrata·⁊ habeat celebre nomen in bethleē idest in ecclesia· O celeberrimi nominis maria quomodo posset nomen tuum nō esse celebre·que etiam deuote nominari non potes sine nominantis vti litate·Testatur tuus bernardus dicens/O magna/o pia/ o mul tum laudabilis maria/tu nec nominari potes q̄n accedas:nec co-gitari quidē q̄n recrees affectus diligēdum te/tu nunq; sine dul-cedine diuinitus tibi insita pie memorie portas ingrederis· Mari a ergo frēs optime signata est per illā famosissimi nominis femi nam iudith de qua scriptum est·hec erat in omnibus famosissima quoniam timebat dominum valde·nec erat qui de illa loqueretur verbum malum· famosa q̄dē ē maria propter virtutes ⁊ exēpla sua tam laudabilia·famosior aūt propter misericordias ⁊ benefi-cia sua tam inenarrabilia·famosissima vero ꝓpter gratias ⁊ pri-uilegia sua tam mirabilia·quid enim mirabilius ꝙ esse matrē ⁊ virginem ⁊ esse dei matrem·Quid autē mirum si maria de tantis milibus misericordie sue beneficiis famosa est in mundo· que tam famosa est de vnico beneficio suo circa theofilū exhibito· Ait be atus bernhardus. famosum sume tue benignitatis testimonium est per te restauratus theophilus o maria·dominus ergo tecum famosissima o maria·Gaude nunc o maria gaude·Ecce dominus pijssimus sic est tecum ꝙ tu es pijssima secum·dn̄s iustissimus sic est tecum ꝙ tu es iustissima secum·Dn̄s famosissimus sic est tecū ꝙ tu es famosissima secum·Eya ergo pijssima maria nos impi-os salua per tuam misericordissimam pietatē·Eya iustissima nos iniustos salua per tuam iustissimam equitatem · Eya fidelissima

maria nos pfidos salua p tuam certissimam fidelitatem. Eya famosissima maria nos infames: salua p tuā suauissimam famositatem. Post p̄dicta carissimi considerandum q̄ dñs iste de quo dicit dñs tecū: non solū est dñs generaliter creature vniuersalis: non est dñs spēaliter creature rationalis: imo ipse etiā est dñs singulariter aule v̄ginalis siue sanctissime genitricis. Maria singulariter tam corpe q̄ꝫ aīa est aula dñi: domus dei sanctissima de q̄ in ps. dicit. Domū tuam decet sanctitudo dñe. O vere singularit btāꝫ domū que sola tam singularit taleꝫ meruit hrē dñm. Ecce enim btūs bern. ait. Tu sola digna inuenta es. vt in tua v̄ginali aula rex regū/ ꝛ dñs dñantium a regalib9 sedibus veniens: p̄mam sibi inter filios hoīm mansionem eligeret. Iste singularis marie dominus sic singularit cū maria fuit. q̄ etiam ipāꝫ tam singulariter dñam fecit. q̄ nec p̄mam similem visa est/ nec hrē sequenteꝫ: dū ipa singularit/ dñi filia: dñi mater: dñi sponsa: domini ancilla fcā est. Maria enim filia dñi singularit generosa: mater dñi singulariter gloriosa: sponsa dñi singularit speciosa: ancilla dñi singulariter obseqosa fuit. Si aūt illa t̄bus psonis diuinis volumus appriare possumus dicere q̄ dñs iste q̄ tam singularit ē cū maria. ip̄e ē dñs pater: dñs filius: dñs spūs sanctus: dñs t̄nus ꝛ vnus Ipse est dñs pater cui9 maria est filia nobilissima: ipse ē dñs filius cui9 maria ē mater dignissima: ip̄e est dñs spūs sanctus cui9 maria est sponsa iustissima: ip̄e est dñs t̄nus ꝛ vnus cuius maria est ancilla subiectissima. Maria certe ē filia summe et̄nitatis: mater summe veritatis: sponsa summe bonitatis: ancilla summe t̄nitatis Primo ergo attendite carissimi q̄ dñs iste qui tam singulariter ē cū maria: ip̄e est dñs cui9 filia nobilissima est maria. De isto enim dño ꝛ de illa filia accipi potest q̄ booz dixit Ruth. ij. Benedicta es a dño filia: quia priorem misericordiaꝫ posteriore supasti: vere b̄ndicta a dño filia ē maria: a summo inq̄ꝫ dño cuius ipa ē filia. O vere nobilissimi regis: nobilissima filia q̄ tam multiplici intius ornata es gloria ut vere de ea dicere possit Omīs gloria ei9 filie regis abintus: ꝛ ideo tanq̄ꝫ viuissima regis filia ad regnum copiosissime est tracta teste btō bern. q̄ ait. Tu filia delicata/ ꝛ omni grā plena carissima in delitijs tuis tracta es ad gloriā decoris tui ꝛ in signū dilectionis. Ista b̄ndicta filia p̄orem mīam posteriore supauit. Magna enim erga miseros fuit mīa marie adhuc exultantis in mūdo: ꝫ multo maior erga miseros ē mīa ei9 iaꝫ regnātis in celo Maiorē p beneficia innumerabilia nūc ondit hominibus mīam: qa magis nunc videt innumerabileꝫ hoīm miseriam

vñ p splendore prioris misericordie fuit maria pulchra vt luna. p splẽdore vero posterioris misericordie est electa vt sol. Nã quẽadmodũ sol lunam supat magnitudine splẽdoris sic priorẽ marie misericordiaʒ supat magnitudo posterioris. Quis est sup quem sol non luceat. quis est sup quẽ misericordia marie non resplendeat. Audi quid de hoc beatus bern. sentiat/ait enim sic. quẽadmodũ sol oritur sup bonos ⁊ malos indifferent̃/sic maria petita non discutit merita: sꝫ omnib9 sese exorabilem omnib9 clementissimã prebet. omniũ deniqꝫ necessitates ãplissimo miseret̃ affectu. Dñs ergo tecũ o maria sicut mater cũ filio nobilissima. Secũdo attẽdite carissimi ꝙ dñs iste q̇ tam singulariter est cũ maria ipe est dñs cui9 mater dignissima ẽ maria. De isto dño ⁊ d̉ ista matre dixit elizabeth Lu. i. vñ mihi hoc vt veniat mat̃ dñi mei ad me. Mater domini mater ⁊ virgo mater est dignissima. Ipsa est mater que tali filio decentissima. ipa mater est cui talis filius decentissimus fuit. Ipsa est qua maiorem deus facere non possꝫ. Maiorem mundum posset facere deus: maius celum posset facere deus: maiorem matrem q̃ꝫ matrem dei non posset facere deus. vñ bern. ait. Nec enim decebat deuʒ alia mater q̃ꝫ virgo. nec virginem alius filius q̃ꝫ deus. quia nec maior inter matres/ nec maior inter filios nasci potuit. Hec itaqꝫ mater est floris misericordie mater solis iusticie/mater fontis sapiẽcie/mat̃ regis glorie. mater inquꝫ est eius cuius misericordia ad dilectionem /cuius iusticia ad timorem cuius sapiencia ad agnitionem/ cuius gloria ad speʒ nos mouet. maria ergo mater eius qui effectiue est nostra dilectio per misericordiam. noster timor per iusticiam nostra agnitõ per sapienciam nostra spes/per gloriam vt vere ipsa dicere possit illud Ecclesiast. xxiiij. Ego mater pulchre dilectionis ⁊ timoris ⁊ agnitionis ⁊ sancte spei. Sed nunq̃ꝫ solius cristi mater ẽ maria Imo certe qd̉ iocũdissimum est maria non solum est mater cristi singularis sꝫ etiam mater omnium fidelium vniuersalis. vnde beatus ambrosius ait/ Si crist9 ẽ credendũ frater cur nõ ipsa q̃ genuit cristũ credentiũ sit mater. Eya carissimi oẽs nunc gaudeam us/nunc oẽs gaudendo dicam9. bñdictus frater p quẽ maria est nostra mater. ⁊ bñdicta mater per quã xp̃us est noster frat̃. Hinc bñ anselmus ait. Dña mater p quã talem fratreʒ habem9 quid gratiarum/quid laudis tibi retribuemus. Deus ergo tecũ o maria sicut filius cum matre dignissima. Tercio attendite

caussimi q̄ dn̄s iste qui tam singulariter est cū maria: ipse est dn̄s cuius sponsa venustissima est maria · vn̄ tam de isto dn̄o q̄ de ista sponsa exponi potest illud osee · ij · Sponsabo te mihi in iustitia et iudicio ⁊ in misericordia / ⁊ in miserationibus: ⁊ sponsabo te michi in fide ⁊ scies: q̄a ego dn̄s · Ecce pulcra sponsa: pulcra in iustitia ⁊ iudicio respectu sui: pulcra in miserationibus ⁊ mīa respectu proximi: pulcra in fide respectu dei: pulcra vtiq̄ in iustitia vite / et in iudicio ↄsciencie: pulcra in mīa in affectu / ⁊ in miserationibus in effectu: pulcra in fide qua credidit omīa credenda sup̄ se / ⁊ qua credidit omīa pficienda in se · iuxta illud luce · i · Bn̄dicta que credidisti q̄m̄am in te pficient̄ ea que dicta sunt tibi a dn̄o · Sȝ ecce sponsa spūs sancti: maria sicut formosissima fuit / ⁊ ē in ↄuersatōne illa: etiam dulcissima est in allocucione sicut dicit̄ Canticorūȝ · iiij · fauus dis · ⁊c. vsq̄ tua · O q̄ melliflua v̄ba sepius distillauerūt dulcissima marie labia · Que etiā bene lac ⁊ mel sub lingua habuit in duobus verbis que ipsa gabrieli respondit · Nōne maria lac sub lingua habuit: quando lacteum illud ↄtinentie verbum respondit: quomodo fiet istud: q̄modo fiet illud: quoniam virū nō ↄgnosco · Nonne etiam mel sub lingua habuit: quando mellifluū illud dulcedinis verbum respondit: ecce ancilla domini fiet mihi secundum verbū tuum · De mellifluentia nanq̄ huius melliflui verbi per totum mundum melliflui facti sunt celi · Maria insuper mel sub lingua habuit in mellifluis orōnibus ad deū: lac vero sub lingua habuit in lactiuis collationibus ad pximum · Eya ergo q̄nti decoris / ⁊ q̄nti dulcoris est illa sponsa summi ↄsolatoris Quia inq̄t aug9 · que ē hec v̄go taȝ sancta vt ad eaȝ venire dignaretur spūs sc̄ūs: tam speciosa vt eam sponsam eligeret de9 · Dn̄s ergo o maria sicut sponsus cū sponsa delicatissima Quarto attendite caussimi q̄ dn̄s iste qui tam singulari est cū maria: ipse ē dn̄s cuius ancilla deuotissima est maria sicut ipamet testatur / dicens · Ecce ancilla dn̄i. Maria ancilla est dn̄i patris: dn̄i filij: dn̄i spūs sancti · Quid mirū si maria sit hui9 dn̄i ancilla: cum etiam filius marie sit huius dn̄i. seru9 ſm assumptam a matre naturā · Ipse enim in ps̄ · ↄfitetur / dicens · O dn̄e q̄a ego seruus t · e · s · t. ⁊ fili9 an · t · O q̄ bona ancilla / ⁊ bon9 ancille fili9 · Heu q̄t sunt male ancille ⁊ mali ancillarū filij · Sȝ q̄d dicit scriptura: ecce ancillā ⁊ filium ei9 · Legit̄ gen̄ · xvi · de an · sare q̄ ↄcepisse se vidēs despexit dn̄aȝ suā · Mala ergo ancilla agar de fecūditate inflat̄: bona v̄o an · maria de huilitate fecundat̄: ancilla illa supba dn̄am despexit: ancillā istam humileȝ dn̄s respexit: sicut ipa huiliter recognoscēs dicit ·

Respexit humilitatē ancille sue · O anīa xp̄iana r̄ nī ancilla / sic cū maria amplectere fecunditatem vt nequaq̄ deseras humilitatem vt ergo de boni opis fecunditate nō infleris / sed magis de humilitate fecunderis · Attende humilē ancillā respice humilē mariam Ecce ait an deo ambrosio · vide inquit humilitatē / vide deuotionē ancillā se dicit dn̄i / que mater eligitur dn̄i nec repentino exaltata pmissio ē · O vere āmiranda humilitas / ecce nō solum dn̄i ancilla sed etiam seruoꝝ domini ancilla qdammodo dignatur esse maria · Ipsa nanq̄ signata est p illam abygail · p qua adducenda cum dauid nuncios misisset respondit sicut legitur Reg · xxv · Ecce famula tua sit in ancillā · vt lauet pedes seruoꝝ dn̄i mei · Per bene dictam ancillam mariam quasi tot serui domini loti sunt · q̄t fideles eius suffragijs a peccatis mundati sunt · Ipsa enim quasi tot seruorum domini pedibus aquam optulit q̄t penitentibus lacrimas conpunctionis obtinuit · Dn̄s ergo tecum o maria tanq̄ cum ancilla deuotissima · Dominus pater tecum / dominus filius tecum · dominus spiritus sanctus tecum · vnde bernhardus · Pater inq̄t tecum / qui suum filium facit ⁊ tuū / filius tecū qui ad condendum in te mirabile sacramentum mire modo ⁊ sibi reserat genitale secretū / ⁊ tibi seruat virginale signaculū / sp̄us sanctus tecū qui cū patre ⁊ filio tuū sanctificat vteꝝ · dn̄s ergo tecū / dn̄s certe cuius filia es qua nulla nobilior / dn̄s cuius mater es q̄ nulla mirabilior · Dn̄s cuius sponsa es qua nulla amabilior / dn̄s cuius ancilla es q̄ nulla humilior vnq̄ fuit / nec est / nec erit ineternum · Eya ergo dn̄a / quia dn̄s tantus ac talis / tantū ac taliter est tecum / fac vt etiam ipse p gratiam sit nobiscum Anselmus

Dominus tecum · His dulcissimis verbis ille deuot⁹ beate marie Anselmus deuote alludens ait sic · Maria obsecro te per gratiam qua sic dominus esse tecū / ⁊ te voluit eē secum / fac ꝓpter ip̄am scdm eandem ip̄am gratiam misericordiam tuā mecum / fac vt amor tui semper sit mecum / ⁊ cura mei semp sit tecum / fac vt clamor necc̄itis mee q̄diu ip̄a persistit sit tecū / ⁊ respectus pietatis tue q̄diu ego subsisto sit mecum / fac vt cōgratulatio beatitudinis tue semper sit mecum / ⁊ compassio miserie mee semper q̄ntum mihi expedit sit tecum · Dominus ergo tecum o maria · Tecum certe tecum · Tecum fuit tecum est · tecum erit · Tecum vtiq̄ sicut sol cum aurora ipsum preueniente tecum flos cum virga ip̄m producente / tecum sicut rex cum regina ad ipsum ingrediente · Sol nanq̄ omnibus luminibus luminosior / flos oībus floribus preciosior / rex oībus regib⁹ gloriosior

est dn̄s hiesus xp̄us: aurora vero hunc solem clarissima irradia tione p̄ueniens: v̄ga hunc flores mirabilissima emissione p̄ducēs regina ad hūc regem solemnissima p̄cessione ingrediens ē bea tissima virgo maria. De his singulis p ordinem videamus

Dominus tecum. Tecū certe sicut sol cū aurora de sole p̄cedente et ortū solis p̄ueniente / et lumine solis diē in idante. Reuera enim aurora mūdi maria a sole eterno singulariter p̄parata p̄grediens eiusdemq solis ortū mirabilit irradiata p̄ueniens diem grē tanti solis mūdo feliciter inchoauit. testante beato bern. qui ait. Sicut aurora valde rutilans in mū dum p̄gressa es o maria q̄ndo veri solis splendorē tante sanctita tis iubare p̄curristi. vt vere diem salutis / diem p̄piciationis / diem q̄ fecit dn̄s a tanta claritate inchoari dignum fuerit. Maria ergo aurora de qua dicit Can. vi. Que est ista que p̄gre. consurgens. Bene aurore cōparatur maria tam p̄pter se q̄ p̄pter nos: p̄pter se specialiter: p̄pter nos generaliter. Maria p̄pter se bene cōparatur aurore scdm scripturam. Primo p̄pter abcessum noctis culpe. Scdo propter p̄cessum lucis gratie. Tercio propter ortum so lis iusticie. Quarto propter locū sedis glorie. Primum in ple nissima eius sanctificatione Scdm in clarissima ei9 conuersatione Terciū in mirabilissima filij eius generatione. Quartū in glorio sissima ei9 assumptione attendamus. Primo attendtie caus simi q queadā felix aurora est maria p̄pter felicem abcessum no ctis culpe in sua sanctificatione. vn̄ Job maledicens nocti in qua dictum est cōceptus est homo ait. Obtenebrant̄ stelle eius caligie expectet lucem et nō videat: nec ortum surgentis aurore. Quid hic p stellas / quid p lucem / quid p auroram signat̄. Dico q p stellas anime sanctorum: p lucem sanctus sanctorum: p auroram regi na sanctorum designat̄. Stelle vtiq omnes sancti sunt: qui ordinē morum et discipline cursum q̄q feruoris et bone vite non relinquūt et sic cōtra dyabolum vi pugnaturi sunt. vn̄ de his stellis bene le gitur Judicum v. Stelle manentes in ordine et cursu suo ad uersus sysara pugnauerūt. Sysara interpretat̄ tollens receden tem / et signat dyabolū qui quēlibet recedentem a deo tollit. Per lucem q̄q sanctus sanctorum hiesus xp̄us signatur: sicut ipse de se ondit / dicens Joh. viij. Ego sum lux mundi qui sequit̄ me non am. in te. Seq̄mur fratres: seq̄mur hanc lucem ne in tenebris ambulātes cadam9 in lutum peccati / et in foueā inferni. Seq̄mur aūt non claudicādo s̄m q dicit̄. iij. Re. xviij. vsq quo claudica tis in duas p̄tes. Si dn̄s est deus seq̄mini eū. si aūt baal seq̄mini

Per auroram aũt cuius ortum nox non vidit beata virgo signi ficatꝰ cuius natiuitatē nox originalis culpe nō inchoauit. Nox enī cui Job maledicit: nox in q̄ ↄceptus homo peccatū originale est in quo omēs concipimur. vñ ps. Jn peccatis con.me mater m. Quia ergo fere omēs sancti in peccato ↄcipiunꝰ / ꝛ in peccato na scuntꝰ: ideo bene hoc dicitꝰ ꝙ stelle ꝑ hanc noctem obtenebrantur Sed q̄a xp̄us / nec ↄceptus / nec natus in peccato fuit: ideo bene hoc dicitur ꝙ nox ista lucem nō vidit. Quia vero beata virgo in peccato ↄcepta fuit: ꝫ sine peccato nata: in peccato orta non fuit ideo nō aurorā: sed ortū auroꝛe dicitꝰ nox ista non vidisse. Hoc est ↄtra illos q̄ ip̄am non solū sine peccato natam: sed etiam sine peccato ↄceptaꝫ dicant: ↄtra quos beatus bern. arguens ait. Si ante ↄceptum suum maria sanctificari non potuit: q̄m̄am nō erat sed nec in ip̄o conceptu ꝓpter peccatuꝫ qd̄ inerat. restat vt post conceptū in vtero / iam existens sanctificationem accepisse creda tur: que excluso peccato sanctam fecerit natiuitatem: non tamen conceptionem. Secundo attendite carissimi ꝙ quedam fe lix aurora est maria propter felicem eius progressionem in luce gratie. iuxta illud. Que est illa que pꝛogreditur quasi au. ꝛc. Sicut enim lux auroꝛe pꝛogreditur crescendo in claritate sic ma ria progrediebatur proficiendo in claritate gratie ꝛ bone vite. Pꝛogrediebatꝰ vtiqꝫ: ꝓficiendo in omnibus virtutibus vniuer saliter. vt in omni virtutum claritate esset quasi aurora ↄsurgēs apud se. pulcra vt luna apud ꝓximos: electa vt sol apud deum. Pꝛogrediebatꝰ q̊qꝫ ꝓficiendo in quibusdam virtutibus specialiter de quibus beatus bern. ait sic: feruebat in querendo gratiam ma rie: caritas splendebat in carne virginitas: in obsequio humilitas eminebat. Maꝛ itaqꝫ virtutum claritate maria fuit quasi auro ra ↄsurgens: in rutilanti virginitate: pulcra ut luna in micanti hu militate electa vt sol in radianti caritate: felix qui hos tres fulgo res: has tres v̄tutes marie secutus fuerit: ꝑ q̄s ipsa deū ꝛ magi strum omnium virtutum concepit. testante iteꝝ beato bern. qui ait hanc inuenit gratiam plena iam gratia. vt caritate feruida. virginitate integra humilitate deuota fieret: sine viri cōmixtio ne grauida. sine muliebꝰ dolore puerpera Tercio attendite carissimi ꝙ quedam felix aurora est maria propter felicem or tum solis iusticie. Sol nanque iusticie christus deus noster medi ante aurora sua maria ortus est in mundo: ortus vtique absque vllo peccati nubilo. propter ꝙ aurora illa valde rutilans fuit oriente sole suo. iuxta illud secundi Regum vicesimotercio.

Sicut lux aurore oriente sole : mane absq nubibus rutilat &c. Lux aurore est sanctitas / & igit mane qua ipam irradiare digna tus ē pcessurus de ipa sol iustitie. De hoc bene btūs Bernhard9 ait. Recte qdē o maria aurore officiū implesti: ipē enim sol iusti cie de te processurus ortum suū quadam matutina irradiatione p ueniens: in te lucis sue radios copiose transfudit. Lux huius au rore mirabiliter rutilabat: oriente sole absq nubibus id est na scente xp̄o absq originalis peccati obscuritatib9. Ecce hic dicit q sol absq nubibus orit / & exo. iij. dicitur q rubus absq combu stione ignitur. & dan. ij. dicitur qd lapis sine manibus abscidit Quid ergo per solem: quid p ignem: quid p lapidem nisi xp̄s sig natur. Ipse enim ē sol illuminās intellectu3. ignis accendēs affe ctum. lapis firmans nos ɔtra defectum Dico q xp̄s hiesus est sol illuminans intellectū. iuxta illud Mal. iiij. Orietur vobis timen tibus nomē meū sol iustitie. vide ergo si timeas dn̄m. scriptū qppe ē. Qui timet deū nihil negligit. Item xp̄s est ignis accendēs af fectū / ait enim apostolus ad heb. De9 noster ignis con. u. est hic ignis nō solum fuit in rubo vteri virginalis : s3 etia3 in rubo deuo ti cordis est. Hūc nanq igne3 senserūt qui dixerūt Luce. xxiiij. Nōne cor &c. Item xp̄s est lapis firmans nos ɔtra defectum si bn̄ fundati fuerim9 sup ip̄m. vn̄ Math. viij. Descendit pluuia ve nerūt flumīa fla. venti & ir. in do. il. & nō ce. fundata enī erat sup pe. Ecce nec pluuia heretice eloqn̄cie: nec flumīa mundane ɔcu piscentie: nec venti humane violentie nocere possunt domui men tis supra petram xp̄i fundate. qd ergo est q sol sine nube orit: ru bus sine ɔbustione ignit : lapis sine manu abscidit nisi q xp̄s q est sol veritatis: ignis caritatis: lapis firmitatis siue eternitatis : ipse capit & nascit sine nube peccati originalis: sine ɔbustione ɔcupiscē cie carnalis. sine manib9 amplexus maritalis. In cōceptione enī xp̄i: nec peccatū plis: nec ɔcupiscentiā matris: nec amplex9 pa tris inuenies. Qz autē vgo tā miraculose ɔcepit: hoc ille facere po tuit qui alludentia huic miraculo mirabilia multa p̄misit sicut bea tus aug9. testat qui sic dicit. Qui scripsit lapideas tabulas sine ferro ipse grauidauit mariā spiritu sancto / & qui pduxit panem in heremo sine aratione ipse impgnauit virginem sine corruptōe etiam q fecit virgam sine pluuia germinare / ipse fecit filia3 dauid sine semine generare. Quarto attendite carissimi q qdam felix aurora est maria pter felicem locum eius in gloria & ſm hoc be ne de aurora dicitur Job xxxviij. Nūquid ostendisti aurore lo cum suū. Iam certe aurora nostra maria sublimit locata in celo

locum tenet dignissimum soli eterno· Considerare autem possumus triplicem marie locū notabilem. Primus est quo ipsa dnm suscepit spūaliter· Scdus ē quo dnm suscepit corporaliter· Tercius est quo ipam dñs recepit eternalit Triplex locus marie Dico q̄ pmus locus quo maria dnm suscepit spiritualiter est mens marie pacificata ꝛ quieta sm q̄ ps· dicitur: factus ē in pace loc⁹ eius/ ꝛ habitatio ei⁹ in syon qd interpretat̄ speculum vel speculatio· Ecce quicunq̄ deū mente speculari desiderat: oportet vt ei in pace mentis locum faciat: nam sine pace mentis nemo venit ad speculationem contemplationis· vñ apostolus ad hebˀ·xij· Pacem seqmini cum omibus ꝛ sanctimoniam sine qua nemo videbit deum· O qs enarrare vel etiam cogitare sufficiat in qualibet qtidie speculationibus: sancta illa syon: sancta illa mens marie fuerit dum omnia illa misteria pre omnibus mortalibus sibi nota: feruentissima sibi mente reuoluit· De hoc bene beatus hieronimus ait· Si qua sunt in vobis viscera pietatis considerate quo cruciabatur amore: quo de desiderio estuabat hec virgo cū reuolueret animo cuncta que audierat ꝛ viderat: que cognouerat quantis que mouebatur repleta spiritu sancto celestium secretorum indicamentis Item locus quo maria concepit corporaliter est vterus marie de quo accipi potest illud Genesis·ij· Fluuius qui egrediebatur de loco voluptatis hiesus christus de vtero virginis ad irrigandum paradisum: paradysus specialis ē maria: vniuersalis est ecclesia: felix irrigatio vtriusq̄ paradysi per fluuium ventris marie hiesum christum: qui ait eccī·xxiiij· Dixi irrigabo ortum plantationum mearum· Hinc est q̄ bene sanctus hieronimus loquens de illis verbis ·vidi speciosam ac· desuper riuos aquarum/ ait bene desuper riuos aquarum: quia super aquam refectionis educauerat eam dñs ꝛ nutrierat de qua multi educti riui omnem irrigant terram deliciarum/ ꝛ infundunt ortum voluptatis Item locus quo mariam dominus suscepit mansuram eternaliter in celo est glorie ·de quo dominus ad iob loquitur· Nunquid ostendisti aurore locum suum: quasi dicat non tu sed ego· Non ad te pertinet ostendere aurore marie locum suum in celo: sed ad me· Bene autem dicit suum quasi appropriando ꝛ discernendo illum ab alijs omnium sanctorum locis· Hinc etiam bene legitur·ij·Regum·viij· Intulerunt sacerdotes archam federis domini in locum suum. Hic certe locus est super omnes choros angelorum· Hic denique locus est in celo dignissimus·testante beato Bernhardo qui ait

Nec in mūdo locus dignior v̄ginalis vteri talamo in quo filium dei maria suscepit·nec in celis regali solio quo mariā marie filius sublimauit· Sic ergo maria ꝓpt̄ se bene ꝯparat̄ aurore · Primo ꝓpter terminationē noctis culpe in plenissima ei⁹ sanctificatione· Scd̄o ꝓpter ꝓgressionē lucis gratie in clarissima eius cōuersatione· Tercio ꝓpter ꝓductionē solis iusticie in mirabilissima filij ei⁹ generatione· Quarto ꝓpter appriationē loci glorie in gloriosissima eius assumptione· Deinde cōsiderandum est· ꝙ lucidissima virgo maria nō solum ꝓpter se ꝫ etiā ꝓpt̄ nos bn̄ comparat̄ aurore· Nam sicut in scriptura ꝑ auroram signatum est· ipsa nobis est ad deuꝫ mediatrix ad angelos pacificatrix· ad demones defensatrix ad nos ipsos illuminatrix· Primo attendite ꝙ aurora nostra maria nobis est ad deuꝫ mediatrix· sicut in psal·signatū ē vbi dicit̄· Tuus est dies ⁊ tua ē nox tu fabricatus es auroram ⁊ solem sicut bn̄ beatus grego· ait· Dies vita iusti nox vero vita accipitur peccatoris· ⁊ ideo bn̄ dn̄s filios israel p̄cedebat per diē in columna nubis·per noctem vero in columna ignis· quia ab ardore ire sue tanꝙ nubes pios protegit ⁊ tāꝙ ignis impios vrit Vn̄ bn̄ sol intelligitur xp̄s sol vtiꝙ iusticie· q̄ illuminat electos ⁊ vrit reprobos· grauit̄ qn̄ꝙ vrit in mundo / grauius aūt in iudicio/grauissime aūt in inferno· De hac triplici vstione intelligi potest illud Eccle·xliij. Tripliciter sol exurens montes idest superbos peccatores· ꝓpter hoc bene refrigeratrice mediatrice int̄ nos ⁊ solē iustū indigem⁹·⁊ ideo bn̄ psal·in p̄dicto versu aurorā inter noctem ⁊ solem ponit mediam q̄ certe etiam ordine naturali media ē aurora itaꝙ est beatissima virgo maria q̄ inter nocteꝫ ⁊ solem: inter hominem ⁊ deum inter hominem ⁊ iniustuꝫ ⁊ deum iustū optima mediatrix· optima ire dei refrigeratrix· Testatur Beat⁹ bernardus dicens / securum iam habet homo accessum ad deum vbi mediatorem cause sue filium habet ante patrem · Et ante filium matrem·filius nudato corpore patri ostendit latus ⁊ vulnera·maria filio pect⁹ vbera·non potest vllomodo fieri repulsa vbi concurrunt ⁊ orant tanta caritatis insignia·

Secundo attendite carissimi ꝙ aurora nostra maria nobis ē ad angelos pacificatrix·sicut signatum est Genes·xxxij·Vbi legitur ꝙ angelus qui cum iacob luctabatur benedixit eum in aurora· Dicente nanꝙ angelo dimitte me iam enim ascēdit aurora

non dimisit eum iacob nisi ipm benediceret• In aurora lucta fuit
inter angelū ⁊ iacob: discordia fuit inter deū angelos ⁊ homines
Homo enim peccādo offenderat creatorē• Offenso aūt creatore
omnis offendit creatura: q̄ntomagis illa q̄ creatori magis ē cō
iuncta• Illa ergo lucta potuit hui9 discordie esse figura• Sz cer
te adueniente aurora: adueniente maria pacificati sunt angelus
atq͡ homo: ita qd in ipa aurora/in ipa v̓gine maria angelicā bn̄
dictionē ɔsecutus est homo• Angelus nanq͡ dixit /bn̄dicta tu in
mu•ad v̓ginem/⁊ p hāc bn̄dictōem v̓ginis hō ɔsequit bn̄dictōez
pacis ⁊ salutis in filio v̓ginis: bn̄dictōem vtiq͡ illā de q̄ apostol9
ait eph•i• Bn̄dictus de9 ⁊ pater dn̄s noster ih̄s xp̄s q̄ benedixit
nos in omī bn̄dictōe in celestib9 in xp̄o: q̄m etiā benedictōem ipe
benedict9 filius: benedicte v̓ginis ɔfirmabit qn̄ dicet• venite bene
dicti pa•⁊c• Jacob ergo aurore ascēdenti ⁊ nos marie aduenienti
grās agamus p benedictōe qua cū angelo pacificati sum9• Meri
to certe p aurorā/merito p mariā homines cū angelis pacificāt
ex quo p mariā ab hominibus angeloꝝ chori reintegerant̄ sicut
Anselmus insinuat/dicens• O femina mirabiliter singularis et
singulariter mirabilis per q̄m elementa renouant̄: inferna reme-
diantur: homines saluantur angeli reintegerantur• Tercio
attendite carissimi q aurora nostra maria nobis est contra de-
mones defensatrix: sicut signatum est Job•xxiiij•vbi de homici-
da ⁊ de fure/⁊ de adultero dicitur: perfodiūt in tenebris domos
sicut in die condixerant sibi/⁊ ignorauerunt lucem•si subito ap-
paruerit aurora arbitrantur vmbra mortis: homicida dyabolus
fur dyabolus: adulter dyabolus est• Homicida inq͡ est: q̄a gen9
humanum occidit: fur quia quecunq͡ potest nobis bona subtra-
hit: adulter quia sponsam dei animā corrumpit• Heu q̄nta nobis
mala huiusmodi malefici q̄nta nobis mala spiritus maligni faciūt
Perfodiunt nanq͡ in tenebris ignorantie: in tenebris obscurita
tis interiores domos mentium nostraꝝ: domos vtiq͡ de quibus in
ps•dicitur• Deus in domibus eius ɔgnoscetur: perfodiunt cer-
te temptationibus perforatiuis domos illas in quibus ille liben-
ter habitat: qui luce•xix•dicit• Hodie in domo tua oportet me
manere: perfossis autem domibus perforatis vsq͡ ad infelicem
peccati consensum mentibus: heu q̄nta mala malefici isti occidēdo
furando adulterando ɔmittūt in aīabus• Ad euadēda ergo tāta
p̲icula vtinam nobis aurora appareat: vtinā nob̓ maria succurrat

Si eniꝫ subito apparuit aurora si cito nobis aduenerit ⁊ superuene-
rit marie gratia ⁊ misericordia arbitrantur vmbrã mortis idest sic
timent homines/sic trepidant/sic fugiunt·sicut homines timent ⁊
fugiunt vmbram mortis · ꝓpter hoc bene beatus bernardus ait·
Non sic timent hostes visibiles quãlibꝫ castrorum multitudinem
copiosam·sicut aeree potestates marie vocabulum ⁊ exemplum
fluunt ⁊ pereunt sicut cera a facie ignis vbicũqꝫ inuenerit crebrã
huius nominis recordationem deuotam inuocationem sollicitam
imitationem Quarto attendite carissimi ꝙ aurora nostra ma-
ria nobis est quo ad nos ipsos illuminatur ad bene operandum·
Operarij ab ascẽsu aurore incipiunt operari·vñ neem·iiij dicitur
Nos ipsi facimus opus media pars nostruꝫ teneat lanceas ab
ascensu aurore donec egrediant̃ astra· Duo nobis necessaria sũt
videlicꝫ vt bonis operibus insistamus· ⁊ ideo bene aiunt edifican
tes·Nos ipsi facimus opus/quod opus non de quo apostolus
ait Gallatas vi·Dũ temp⁹ habe·o·bo·ad oẽs·Bene aũt dicũt
nosipsi facimus·nosipsi nõ nostri vicarij·vñ ij·Corin·vi·in om
nibus exhibeam⁹ nosmetipsos sicut dei ministros· Sed certe ma
ria non nutricem aliam·non ſp vicariam sed semetipsam exhibu
it dei ministrã·sicut beatus augustin⁹ testat̃ dicẽs ·Maria absqꝫ
dubio opere ministratrix extitit quẽ vtero gessit·partuqꝫ perfu
sum aluit ⁊ fouit in presepi reclinauit· ⁊ a facie herodis abscon-
dit fugiens in egyptum ⁊ omnẽ infantiam eius pio meritis affe
ctu est persecuta/ita vt vsqꝫ ad morteꝫ crucis ab eius indubitan
ter non recesserit consectatu·non solum gressibus peduꝫ tanqꝫ ꝓ
amore filij/verum etiam mutatione morum tanqꝫ pro reuerẽtia
domini·Necessarium etiam nobis est vt non solum bonis operi-
bus insistamus sed etiam vt vicijs resistamus ⁊ ideo bene additur
de lanceis tenendis· Tenere enim debemus lanceã zeli contra im
petum vicij/contra impugnationeꝫ dyaboli carnis ⁊ mundi· De
his lanceis bene dicitur Iere·xlvi · Ponite lãceas induite vos
loricis lorica iusticie a malo protegimur sed lancea zeli maluꝫ im
pugnamus·Si lanceam vicij zeli contra vicia non extendis i mũ
do: deus lanceam ire sue contra te extendet in iudicio·vñ Sapi·
v· dicitur·Acuꝫ iram diram in lanceam· O qualis bellatrix fuit
maria cum sancta zeli sui lancea·vnde Bernardus· Tu bellatrix
egregia primo eum qui primus euam subplantauit expugnare vi
riliter aggressa es·vt igitur bonis operibus fideliter insistamus
⁊ malis viriliter resistamus· necessarium nobis est vt marie ex-
emplum inspiciamus/marie suffragium imploremus·Tũc quasi

ab ascensu aurore operamur: quando irradiante exemplo et vita marie: quando irradiante patrocinio et misericordia marie ad bene operandum incitamur. Bene autem operari debemus donec egrediantur astra: hoc est donec anime nostre lucide tanquam astra exeuntes de corporibus euolent ad astra. Sed super omnia astra iam egressa. vel adhuc egressura ad astra. splendidissimum astrum est aurora nostra maria testante beato bernhardo. qui ait Tu vero solis expressissima ymago inter milia astrorum deo assistentium virginali puritate in celis gloriosa prefulgens. Sic ergo carissimi vidistis quod conuenienter aurora dicta sit maria. Dominus ergo tecum o maria sicut sol cum aurora. Eya ergo domina aurora suauissima: domina maria dulcissima fac etiam nobiscum esse solem iusticie dominum nostrum ihesum christum filium tuum. Amen

Dominus tecum: viso quomodo dominus fuit cum maria sicut sol cum aurora ipsum preueniente: videamus quomodo dominus sit cum maria: sicut nunc: sicut flos cum virga florente. Maria enim est illa virga de qua dicitur ysaie. xi. Egredietur virga de radice yesse/ et flos de radice eius ascendet etc. His verbis oculum mentis apponamus/ et primo ad virgam: secundo ad florem consideracionem nostram dirigamus Primo consideremus carissimi quod virga ista: virga regia est virgo maria. sicut patet per beatum Ambrosium. qui beatam virginem alloquens ait. Tu ipsa que dominum genuisti ex populo israhel: in virgam creuisti: virga de radice yesse surrexisti et floruisti: virga aaron frondruisti et pepisti. Est autem maria virga fumea: virga lignea: virga aurea: virga ferrea. Maria est virga fumea incipientibus: virga lignea proficientibus/ virga aurea consumantibus/ virga ferrea incorrigibilibus et demonibus. Dico quod virgo maria est virga fumea incipientibus et penitentibus. De hac virga dicitur Canticorum. iij. Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris/ et vniuersi pulueris pigmentarij. Desertum est cor peccatoris quod vtique desertum est a gratia et virtutibus: fumus aromaticus: fumus suauis anime est aspiratio spei venie. Beata itaque virgo maria per desertum quasi virgula fumi ascendit quando ipsa suffragante cor peccatoris fumum spei venie suscepit. Hic autem fumus generatur ex aromatibus mirre in contritione et thuris in confessione/ et vniuersi pulueris pigmentarij in multimoda satisfactione.

Nullum pijssima virgo maria desertum abhorret: nullum pecca torem despicit. sed quocunqꝫ pertransierit suauissimū spei verne firmū respergit. Unde optime beatus Bern. sic ait. Peccatorē quātūcunqꝫ fetidū non horres / non despicis: si ad te suspirauerit tuū qꝫ interuentū penitenti corde flagitauerit tu illū de desperacōis baratro pia manu retrahis. spei medicamen aspiras. ac toti mūdo despectū: materno affectu amplecteris / foues nec deseris. quousqꝫ tremendo iudici miserū reconcilies. Itē virgo maria est virga lignea / virga florida proficiētibus. De hac virga dicit Nu. 16. ꝙ virga Aaron q̄ vtiqꝫ lignea fuit flores simul ⁊ fructū habuit. Per flores virtutes significant. que post transitū dyabolice hiemis in cordibus oriunt. sicut bene de his floribus dicit Can. 2. Iā hiems transijt ⁊c. vsqꝫ nostra. Transeat ergo hiems / transeat torpor: quo caritas refrigescit. et tunc iterū flores virtutū appareant. O quantis floribus virgo florida abundauit. teste beato Bern. qui ipsā alloquens ait. Tu sanctorū areola aromatū: a celesti cōsita pigmētario: vtutū oīm floribus delectabiliter vnāsces. Sicut aūt flores virtutes / ita per fructus opa virtutū signātur. De his bene Math. 8. dicit A fructibus eorū cognoscetis eos. Qn ergo in vtutibus ⁊ vtutū opibus p exempla ⁊ merita marie proficimus: tunc virga lignea florida ⁊ fructifera nobis est virgo maria. Item virgo maria est virga aurea perfectis et contēplatiuis. De hac virga legitur ꝙ hester cum duabus puellis ingressa ad regē Assuerum pre nimio stupore pene exaīata fuisset extendit ad eā rex virgam aureā ad confortandum ipsam. Hester interptatur eleuata vel abscondita: et signat aīā contemplatiuam quā in contemplatione eleuat deus / et abscondit in abscondito faciei sue a conturbatione hominum. ista per contēplationem ingreditur ad regē xp̄m. Due puelle cum quibus ingreditur sunt due vires anime. videlicet intellectiua / que precedit p cognitionem. et affectiua / que sequitur per dilectionem. Anima aūt q̄ sic ad xp̄m bene ingressa fuerit ipa pre stupore qñdoqꝫ a se deficit. dum inaccessibilem diuine glorie claritatē: vel terribilem diuine iustice seueritatē attendit. Uirga aurea virga regia est illa aurea illa regia virgo maria. aurea quidem caritate. regia vo nobilitate. aurea quoqꝫ per munciciam. regia vero per iusticiam. Aurea insuper per incorruptionem ⁊ integritatem virginalem. regia vero per dominationem ⁊ potestatem regalem. Hec est felix vga que ad aīā contemplatiuā confortādam clementer extenditur. quando felix virgo maria contemplationi ⁊ deuotioni

eiusdem anime tam pia ꝛ tam dulcis ingeritur· ꝙ ex hoc ipsa anima contra terrorem diuine iusticie / ꝛ ad splendorem diuine glorie confortatur · Hanc virgam illa contemplatam anselmi anima ad se extendi desiderauit quando tam deuote exclamans dixit · O pulcra ad intuendum: amabilis ad contemplandū: delectabilis ad amandum: qua euadis capacitatem cordis: nunc pstolare dña infirmā animam te sequentem · Item virgo maria est vga ferrea demonibus ꝛ incorrigibilibus · De hac virga non incōgrue accipi potest illud ps· Reges eos in vga ferrea· O maria virga aurea: vga ferrea duris / virga aurea hominibus / virga ferrea ꝛ dura demonibus arceas demones a nobis· Hoc domina petimus ꝛ deuote petimus: cum innocentio petente ꝛ dicente sic· Aue dei mater alma qua ex dignitate qua dei mater es: impare potes demonibꝰ conpesce demones ne nos noceant: precipe angelis vt nos custodiant· Sic ergo beata virgo maria est nobis virga fumea in nostra cōuersatione: virga florida in nostra conuersatione: virga aurea in nostra contemplatione: virga ferrea in nostra defensione Hanc virgam vere contemplans / ꝛ digne ammirans beatus bernhardus ait · O virgo virga sublimis ad qntam celsitudinem vertrcem sanctum erigis vsꝙ ad sedentem in throno vsꝙ ad thronum maiestatis / quoniam in altum mittis radices humilitatis· Consequenter consideremus carissimi florem huius virge consideremus inquam in virga regia / ꝛ in virgine maria quadruplicem florem· videlicet florem preciose virginitatis / florem virtuose honestatis / florem miraculose fecunditatis / florem gloriose immortalitatis De flore Primo consideremus carissimi in maria florem preciose virginitatis qui est ipsa virginitas· De hoc dicitur ysaie· xxxv· Exultabit solitudo / et florebit quasi lilium. Maria conuenienter solitudo dici potuit / que tam libenter solitaria fuit ꝙ etiam tanꝙ libenter solitariam angelus visitauit· Ideoꝙ bene beatus Ambrosius ait· Solam in penetrabilibus ꝙ nemo virorum videret solus / aut reperit solam sine comite / et solam sine teste. Quomodo autem ista solitudo

quō maria vgo exultauerit ipa dicat·ipā3 audiam9·Et exulta·
ips·me·i dō sa·me·Hec tre solitudo floruit qsi liliū p vgitatē
O liliū angelicum o flos celestis O vere flos celestis quē tātum
dilexit apis illa supcelestis·Dicit eni beatus bern·Apis illa que
pasciť iter lilia que florigerā inhitat patriā·autor:·qn ad ciuitatē
nazareth qd interptat flos aduolauit·⁊ ad suaue olentū ppetue
vgītatis florē pueīt·illi insedit·illi inhesit·Flos vgīnitatis qi tot
habet folia qt vginitatis 9ditiões ⁊ pcomia·O qntū hui9 floris
corone p mariā sūt mltiplicate·vn beat9 Ambrosi9 ait·tu i to·
to mūdo vgineus flos maria immarcessibiles coronas innectat et
septigerā pudoris aulā immaclato 9seruet affectu· eousq integri
tas pseuerauit ad palmā · vt i puellis tropheū scitatis acupet·⁊
p uestigia mris vgins ad celestē thalamū pueiret· Scdo 9side
re9 carissimi i maria florē vtuose honestatis mo⁊ ⁊ vite·⁊ de hoc
qd ipa dicat audiam9· Dicat ergo illud eccle·xxiiij·flores mei
fruct9 hone·⁊ ho·O q pulcher ē vtuose ⁊ honeste vite flos mo·
rū ⁊ disciplie·Sed certe pluralit diciť flores mei·ido dicamus
q tot sunt i morib9 flores qt vtutes· Tot sūt honeste vite flo
res qt sūt vtutes vitā honestātes·De his florib9 diciť·Can·ij·
flores apparuerūt int nos. De his etia3 diciť·Can·i·Lectulus
noster floruit·Ecce flores in tra flores i lecto inueīm9·Terra
mens actio⁊·lectus autē mens 9teplatio⁊. Terra inq est mēs
fructificās i bona actōe· Lectul9 aūt est mens quietē fouēs i cō
teplacōe· Sive ergo sit mēs actia siue 9teplatia sp debet florib9
esse venusta·Hoc qq notādū ē q flos honestatis imo flos cui9
libet vtutis qsi tot habet folia qt bona ⁊ meritoria hab3 opa·O
q florida fuit tra·q florid9 fuit lect9 marie q i florida vite ho·
neste florebat oim vtutū venustate.sicut testatur beatus·Bern
dicens·Tu sanctorum areola aromatum o maria a celesti 9sita
pigmentario virtutum omnium speciosis floribus delectabiliter
vernans. inter quorum pulcherrimos trui3 in te miramur excellē
ciam·viola humilitatis·lilium castitatis·rosa caritatis hij sūt·
Tercio consideremus carissimi in maria florem miraculose fecū·
ditatis·hic flos est ipse filius virginis. de quo specialiter diciťur
Egredietur virga de radice yesse et flos de radice eius ascendet
et cetera·Eya qm pulcher hic flos egressus est sine peccato na·
scendo· ⁊ qm misere contritus est quasi peccator moriendo· iux
ta illud Job terciodecimo· Quasi flos egreditur et conteritur·

O q̃ candidus in egressione • ꝛ q̃ rubicundus in contutione fuit flos iste • flos inquit āgelis delectabilis • flos hominib9 ad vitā putilis • vñ Bern • ait • flos ē fili9 virginis flos candid9 ꝛ rubicū dus e • ex • nu • flos in quē desiderant angeli ꝓspicere • flos ad cui9 odorem reuiuiscunt mortui • felix silua que producit huius floris virgā felix magis virga que ꝓducit hunc florez in silua • felix su per omnia flos • sine quo nulla silua nec virga felix esse potest • ve re felicissimus flos in quo piut9 dñi sic requieuit vt sine ipso nul lus gratiam spiritus sancti habere possit • testatur hoc beatus Je ronimus dicens / Spiritus sanctus qui in magna silua humani ge neris requiem non inuenerat tandem super hunc florem requieuit ita q̃ absq̃ custo nec sapiens quis esse potest • nec intelligens nec consiliarius nec fortis nec eruditus / nec pius / nec plenus timoris domini • Hic flos quasi tot habet folia quot sunt ministeria ꝛ ex empla • Si hunc florem habere desideras / virgam floris flectas • si flos est nimis altus diuinitate virga tamen est flexibilis pietate ꝛ si flos est rarissimus • quia in celo et in terra non inuenitur nisi vnicus • est tamen communissimus tanq̃ flos non in orto clausus sed in campo omnibus transeuntibus expositus • et ideo bene dice re potest cust9 illud canticorum ij • Ego flos campi • Unde flos campi di tur • non solum propter hoc q̃ omnibus patulus expo nitur sed etiā propt̃ hoc q̃ sine omni cultura humana producitur Hoc bene beatus bernardus nominauit cū dixit campus sine om ni humana floret amminiculo non seminatus ab / aliquo non de fossus sarculo nō īpinguat9 fimo • sic omnīo sic vḡis aluus floru it • sic inuiolata ꝛ integra casta marie viscera tanq̃ pascua eterni viroris protulere cuius pulchritudo non videat corruptionem • cuius gloria in perpetuum non marcescat • Quarto consideremus carissimi florez gloriose immortalitatis • De hoc signatum esse po test Numeri • xvij • vbi dicitur q̃ virga aaron flores simul ꝛ fru ctuz habuit • In virga aaron recta virgo maria potest esse figu rata • In virga namq̃ marie rectitudo in flore aūt corporis glo rificati pulchritudo in fructu vero anime eius beatitudo potest esse signata • Notandū3 enim est siue caro floret in iuuentute sicut in psalmo dicit̃ • Mane floret ꝛ transit flos aūt perit in morte sicut dicitur ysaie xl • Exiccatum est fenum ꝛ cecidit flos • Refloret ꝛ in gloriosa resurrectione iuxta p̃s • Refloruit caro m. Iste flos glorificatiōis corporis quasi tot habet folia quot corp9 glorifica tum habet dotes et premia ꝛ certe quidaz sancti doctores ꝓba biliter sentire videntur ꝛ rationabiliter probare nituntur ꝛ fide

les hunc sensum pie amplectuntur: vides ꝙ beata maria iam cum corpe sit assumpta: ⁊ corp⁹ iaȝ oīm cuȝ aīa sit glorificatū. De hoc nanq̧ beat⁹ Aug⁹. sic ait. Vera ratōe ↄsitendū censeo mariam in xp̄o ⁊ apud xp̄m esse. In xp̄o q: in ipo viuim⁹: mouem² ⁊ sum⁹. apud xp̄m ad gloriā eternitatis assumptam. Vn̄ digne credim⁹ letari mariā leticia inenarrabili / aīa ⁊ corpe in ꝓprio filio ꝑ filiuȝ ꝓpriū. nec vllaȝ sequi corruptōnis erumnā: quā nulla secuta tantū filiuȝ pariendo integritatis corruptio / que oīm integram ꝑfectāq̧ genuit vitā. sit cuȝ illo quem in suo gessit vtero: sit apud illū illa q̄ genuit. fouit. ⁊ aluit. Illa maria dei genitrix: dei ministratrix: dei nutrix: ⁊ dei secutrix. de qua aliter sentire ꝙ dixi nō debeo: aliter dicere non p̄sumo. Scdm̄ hoc ergo maria iam dicere pōt. Refloruit ca. m. Et ƀm hoc etiam floreȝ ⁊ fructū simul habȝ. florem inq̧ corpis glorificati ⁊ fructū spūs glorificati florem vtiq̧ in gloriosa corpis pulcritudine: fructū vero in voluptuosa aīe beatitudine. Notandū etiaȝ est ꝙ ƀm quadruplicem florem p̄dictuȝ virgo maria quadrupliciter simul habuit florem virginitatis ⁊ fructū fecunditatis. simul habuit floreȝ honestatis ⁊ fructū humilitatis. simul habuit in ꝓle florē humanitatis ⁊ fructum diuinitatis. simul habuit florem immortalitatis in corpe ⁊ fructū beate voluptatis in aīa. Hos igit̄ flores carissimi in virga virginea diligamus / ⁊ illos nouos gaudioꝝ flores de orto virgineo colligam⁹: quos vidit: quos collegit: quos nobis ↄmendauit beat⁹ Bern̄. cuȝ ad mariā loquens: dixit. Ortus deliciaꝝ nobis est tuus sanctissimus vterus o maria: ꝙ ex eo multiplicis gaudij flores colligim⁹ quotiens recolimus mente: ꝙ magna multitudo dulcedinis immenso orbi inde ꝓfluxerit. O igit̄ dulcissima virgo maria / ecce vere dn̄s tecuȝ sicut flos cū virga ipm̄ ꝓducente: fac ergo vt etiaȝ dn̄s sit mecū / ymo nobiscū: cōmunicetq̧ nobis florem istum dn̄m nostꝝ ihesum xp̄m Amen.

Domin⁹ tecū. O dn̄a dn̄o castissima: dn̄o familiarissima dn̄s tecuȝ. O dn̄a aptissima dn̄o dignissima. dn̄s tecuȝ Tecū certe ƀm ꝙ sup̄ dictū est: sicut sol cū aurora ipm̄ p̄ueniente: sicut flos cū virga ipm̄ ꝓducente: sicut rex cū regina in palaciū ingrediente. Viso ergo quō maria sit aurora solē eternuȝ solem iusticie p̄ueniens. viso quoq̧ quō maria sit virga florē eternū / floreȝ mīe ꝓferēs. Videam⁹ modo quō maria sit regina ad regem eternum / ad regem glorie ingrediens. Maria ergo carissimi est regina illa ingrediens / de qua. iij. Regum. x. dicitur.

ꝙ ingressa est regina saba ierusalem cum comitatu multo ⁊ diui-
tijs. vere regina est maria/testante beato augustino qui ait. hāc
vere fateamur reginam celorum pro eo ꝙ regem pperit. auctor
Sed de hac regina disserui in sermōe. astitit regia etcetera. ideo
nunc de eius ingressu disserendum est. Considerandū est ergo ꝙ
mariam ingredientem. egredientem. progredientem. supergredi
entem inuenimus. Egressus est nature progressus gratie/ingres
sus glorie. supergressus habundantie. Egressa est nascendo. pro
gressa proficiendo. ingressa perueniendo. supergressa omnes san-
ctos excedendo. Egressa est sine peccato. progressa sine exemplo
ingressa sine obstaculo. supergressa sine termino. Primo con
sidera carissime ꝙ inuenimus mariam egredientem per natiuita-
tem suam sine peccato. ipsa nanq̧ potest esse vas illud de quo di
citur prouerbiorum. xxv. Aufer rubiginem de argento et egredie
tur vas purissimum. Rubigo fuit ablata de argento qñ ab origi
nali peccato maria sanctificata fuit in vtero. ⁊ certe sic egressa ē
tanq̧ vas purissimum. Hic distinguendum est vas purum/ vas
purius/vas purissimum. Vas purum in egressu fuit. quicūq̧ ex
vtero sic sanctificatus processit. ꝙ tñ fomes tā ad mortale q̄ ad
veniale peccatum in ipso remansit. sicut quidam dicunt fuisse in ie
remia. vas aūt purius in egressu fuit. qcumq̧ ex vtero sic sancti-
ficatus pcessit ꝙ in ipso fomes ꝯm ꝙ ductius ē ad effectum mor
talis peccati extinctus fuit. ſ3 ad veniale remāsit. sicut in beato io
hāne baptista de q̄ caīt ecclesia. Ne leui saltē maculare uitā fami
ne posset. Vas vero in egressu purissimū fuit beata virgo que ex
vtero sic sanctificata pcessit. ꝙ in ea vt creditur fomes ad effec-
tum tam mortalis q̄ venialis peccati non remansit. ppter hoc be-
atus bernardus ait. Ego puto ꝙ copiosior bñdictio sanctificatio
nis in eam descenderit que non solum eius ortum sanctificauerit ve
rum etiam vitam eius deinceps ab omni peccato custodiuit immu
nem. ablata ergo rubigine originalis peccati egressum est ex vte
ro vas purum in hieremia. vas purius in Johanne baptista.
vas purissimum in maria Secūdo considera carissime ꝙ in
uenimus mariam progredientem sine exemplo per gratiam. Vn
de canticorum sexto. Que est ista que progreditur quasi aurora
c. p. ut luna ⁊ vt. sol. His tribus luminosis videlicet aurore lu-
ne soli bene comparatur maria propter tria. in ipsa lucidissime
excellentissima. fuit enim in corde ⁊ mente eius excellenter lucida
virginitas. fuit in virginitate eius excellenter lucida fecunditas.
fuit in fecunditate eius excellenter lucida singularitas. Aurora

refugeratiua et auibus grata fuit ista virgo maria. Ipsa enim virginitate sua carnis ardorem refugerauit teste beato Bernh. qui ad eam loquens: ait. Tu ardorem vetite concupiscentie virtute castitatis in tua virginea carne eaten9 extinxisti / vt is in cuius conspectu nec astra munda sunt tante mūdicie carnem tuaʒ iudicauerit / vt eam sue diuine puritati aglutinare non despexerit. Ipsa enim virginitate sua auibus celi / angelis dei grata fuit. qr vt Jero9. ait. Semp est angelis cognata virginitas. Propter hoc bn̄ legit Gen̄. xxvij. ꝙ angel9 in aurora bn̄dixit iacob. Hic iacob spiritū castum potest signare qui fratrem suum id est corpus suuʒ supplantauit. hic non solum a patre ꝫ etiam ab angelo bn̄dicit in aurora hoc est in castissima virgine maria / cui angelus dixit Luce. i. Benedicta tu in mu. Iteʒ pulcra vt luna fuit virgo maria in luminosa virginitatis fecunditate. Pulcritudo enim lune ꝯsistit in lumīe recepto a sole. Pensa igit ꝙ pulcra luna fuerit maria / quando eternus ille sol totus receptus ⁊ conceptus est in ip̄a. Maria ergo est illa luna in cui9 pulcritudine ille vir ecclesie redijt: de quo ꝓuer. vij. dicitur. In die plene lune reuersurus in domum suam. Beata virgo fuit luna plena / quando ei dictum fuit. Aue gratia plena. Item electa vt sol fuit maria in lucidissima fecunditatis singularitate / quando non homo purus: nō angelus verus / sed ipse dei filius: ipse sol iusticie in sole posuit tabernaculum suum / dum in maria conceptus fuit. Valde certe singulare fuisset / si virgo purum hominem concepisset: multo auteʒ singulari9 fuisset / si virgo angelū ꝯcepisset: ꝫ sup oīa singularissimum fuit / ꝙ virgo deū ꝯcepit: deū peperit. Propter qđ bene beatus Aug9 ait. Merito beata maria singulari a nobis p̄conio extollit / que singulare cōmertiuʒ mūdo p̄buit / cum tantū se ad celi fastigia sublimauit: vt verbū in principio apud deū manens de superna celi arce susciperet. Beata igitur virgo maria ꝓgressa est q̄si aurora consurgēs in imitāda carnis ⁊ mētis virginitate: electa vt sol in adorāda part9 virginalis diuinitate. Tercio ꝯsidera carissime / ꝙ inuenim9 mariā ingredientē ad gloriam celestē sine obstaculo. Quis enim obstare posset tante regine cuʒ tanto comitatu progredienti. Ipsa namqꝫ signata est per reginam saba: de qua dr. iij. Reg. x. Et ingressa ierlm cū comitatu multo ⁊ diuitijs: camelis portantibus aromata: ⁊ aurum infinitum nimis: et gemmas preciosas. Considera in his verbis gloriam ingredientis marie in celestem iherusalem. Considera dico ingredientis excellentiā: ingredientis potentiaʒ: ingredientis opulentiaʒ.

Consideta excellentiā in principatu · potentiam in comitatu · opulentiā in apparatu · Considera certe excellentiā principatus regie nostre marie in eo q dicit/regina saba:qd interptatur clamor · Maria enī est regina mundi vbi est clamor gemebundus · est enī regina celi/vbi est clamor iocundus · Clamāt enī in celo sicut dicit Apocal · 4 · Sanctus sanctus sanctus dñs deus oīpotēs · Hec 7 ipsa regina clamantiū cu3 ceteris clamātibus clamare non cessat: testante Aug9 · q ait · Tu maria cōciuis celi ciuibus sine fine choris cōiuncta angelicis/archangelisq sociata indefessa voce · sanctus sanctus sanctus clamare nō cessas · Hec vtiq est regina quā ps describēs ait · Astitit regia 7c: vsq/varie · Hāc reginā ad regnū seq possunt fiducialiter qcunq ei in mundo seruiuerīt fiducialiter · Vñ beatus Bern · pcessit nos regīa nostra pcessit 7 tā gloriose suscepta est vt fiducialiter serui dñam clamantes: trahe me post te · Itē cōsidera in ingressu regine nostre potentiā comitatus ipa3 stipātis in eo q dicit · cū comitatu multo · Ingressa enī est maria celestem hierusalē cū comitatu multo potentiū angeloru3 · Vñ beat9 hiero · ait · Legimus q̄ntsepe ad funera 7 sepulturas q̄rumlib3 sanctoꝝ angelos aduenisse 7 aīas electoꝝ vsq ad celos cu3 hymnis atq laudibus detulisse · Et post pauca: q̄ntomagis credendū est militiā angeloꝝ celoꝝ cū suis agminibus festiue obuiam venisse genitrici dei eamq ingenti lumine circūfulsisse / 7 vsq ad thronū olim sibi ante mundi cōstitutionē patū cu3 laudibus 7 canticis spūalibus pduxisse · Itē cōsidera in maria opulentiā meritorū in apparatu munerū p̄ciosoꝝ · Attulit nanq secū auꝝ infinitū dilectionis dei 7 pximi · gēmas p̄ciosas virtutū 7 donoꝝ · aromata bonoꝝ opm 7 exēploꝝ · Parū ē enī qd de thesaurus marie dico respectu eius qd beatus Bern · mariā alloquens dixit · In manibus inquit tuis sunt omnes thesauri miserationu3 dñi · absit vt cesset manus tua: neq enī gloria tua minuet sed auget/cū penitentes ad veniā iustificati ad gloriā assumunt · Ingressa igit ē mater dñi ac gr̄a3 tanq regia celoꝝ · ingressa ē cū multo comitatu angelorū · ingressa ē cum diuitijs innumerabiliū meritoꝝ ·
Quarto cōsidā caussime q inuenimus supgredientē oēs scōs in supabūdātia meritoꝝ 7 p̄mioꝝ sine terminio: iuxta illud Prouer · 31 · Multe filie cōgregauerūt diuitias tu supgressa es vniuersas · Supgressa vtiq es: supgressa certe es in natura: supgressa es in gratia: supgressa es ī gl̄a/vniuersas filias/vniuersas aīas/vniuersas intelligentias angelicas o maria · Dico q maria in natura supergressa est vniuersas filias hominū · dum quod natura nō

admittit virgo concepit/ ꝛ virgo peperit: iuxta illud ysa ·vij· Ecce virgo concipiet ꝛ pa·fi· Et non solum hoc ꝙ virgo filiuz sed etiam ꝙ deuz peperit sup omm naturam est · Jdeoqꝫ beatꝰ Jero· sic ait Qđ natura nō habuit vsus nesciuit: ignorauit ratio/ mens non capit hūana · pauet celum: stupet terra· creatura etiam omnis miratur celestis: hoc totū est ꝙ p gabrielem marie diuinitus nunciatur/ ꝛ p xp̄m adimplet̄. Jtem supgressa est maria in gratia vniuersas animas sanctoꝝ /dum nō soluz gratia plena ſꝫ etiā sup plena fuit: teste gabriele qui prius dixit· Aue gratia plena. et postea subiunxit· Sp̄us sanctꝰ superue·in te· Si aūt gratia plena fuit: ergo quicquid sibi superueniēs postea sp̄us contulit· in hoc vtiqꝫ plus q̄ꝫ plena: in hoc certe supplena fuit· Vn̄ beatꝰ Bern̄· ait· Veniente iaꝫ sp̄u sancto plena sibi: eodeꝫ quoqꝫ superueniente nobis supplena ꝛ superffluens fit maria· Jtem supgressa est maria in gloria vniuersas intelligentias angelicas · Jpsa enim est thronus ille saphirus qui sicut ezech· ij· legitur/ sup firmamentū angelicū exaltatꝰ· Propter hoc btūs Bern̄· bene ait sic· Ascendit plane maria sup omne humanū genꝰ: ascēdit vsqꝫ ad angelos ſꝫ ꝛ ip̄os quoqꝫ transcendit/ ꝛ celesteꝫ omnē supgredit̄ creaturā Sic ergo carissimi maria egressa: ꝛ progressa: ꝛ ingressa: ꝛ supgressa est. Egressa inq̄ꝫ est nascēdo ad vitā miseroꝝ· ꝓgressa est ꝓficiendo in gratia p̄uilegioꝝ· ingressa est perueniendo ad regnū celoꝝ· supgressa est excedendo gloriā oīm beatoꝝ· Ecce igit̄ dulcissima virgo maria: ecce vere dn̄s tecuꝫ sicut sol cū aurora ꝓgrediente: sicut sol cū virga florente: sicut rex cū regina ingrediēte O igit̄ aurora suauissima fac vt etiā nobiscū sit sol sapie· o virga sublimissima fac etiā vt nobiscū sit flos gratie· o regina potentissima fac vt etiā nobiscū sit rex glorie dn̄s noster ih̄us xp̄us ꝛc.

Benedicta tu ī mulierībꝰ· Ostensuꝫ sup̄ quō maria ꝓpt̄ purissimā vite īnocētiā merito p aue salutat̄ · ostēsū q̄ꝫ ē quō maria ꝓpt̄ copiosissimā grē affluētiā merito grā plena cōmemorat̄· ostēsuꝫ insup ē quō maria ꝓpt̄ spēalissimā dei p̄ntiaꝫ merito dn̄s secū fore īsinuat̄· Ostendēdū aūt nūc ē quō ꝓpt̄ gratissimā ꝑsone sue reuerētiā bn̄dicta ī mlierībꝰ nūciat̄· Ecce igit̄ gloriosus ille archangelꝰ gabriel gl'osaꝫ v̄ginē mariā salutās gl'osa salutatōe ip̄aꝫ decētissiē cōsumauit ī bn̄dictōe dicēs· Bn̄dicta tu in mulieribus· id est benedicta plus q̄ꝫ omnes mulieres: ac per hoc quicquid maledictōis infusuꝫ est per euam totum abstulit benedictio marie · Dicat ergo gabriel: dicat· benedicta tu in mulieribus· Benedicta inq̄ꝫ ꝓpter plenitudinē vite venerādē · benedicta

propter multitudinem misericordie p te prestande. benedicta ppt celsitudinem psone ex te incarnande / benedicta ppter magnitudinem glorie sup te cumulande Primo pensate carissimi quō de te benedicta est maria ppter plenitudinem gratie in ipsa venerande. sicut aperte ostendit gabriel dicens / Aue gratia plena dñs tecum benedicta tu in mulierib9. Benedicta tu in mulierib9. Benedicta tu quia plena es tu. Inuenisti enim gratiam apud dñm. et ideo tu es benedicta apud dñm. Vñ beatus bernardus optime de hac benedictione marie dicit. per te accessum habemus ad filium: o benedicta inuentrix gratie / genitrix vite / mater salutis / benedicta tu maria propter gratiā. benedicta inq̄ ppter gratiā cordis / ppt gratiā oris / / ppter gratiā operis. Bñdicta vtiq̄ in corde ppt gratiam donorum: benedicta in ore ppter gratiam labiorum: benedicta in opere propter gratiam morum. Vere benedicta est maria. ppter gratiam cordis: ppter gratiam donorū in corde / ppter quā cor eius fuit delidosissimum sicut paradysus dei. ita vt de hac bñdictione merito intelligi possit illud Eccle. xl. gratia sicut paradysus in benedictiōe. Ibi dicit interli. Fructificans diuersas species virtutū. De his felidbus gratiarum et virtutū benedictionib9. ap9 dicit. ephe. i. Qui benedixit nos in omni bñdictione spirituali in celestibus in xp̄o. Si ergo gratia mentē humanā in benedictionibus virtutum delidosam facit sicut paradysum dei. quātomagis delidosissima anima marie fuit sicut paradysus dei ī bñdictionib9 donorum spiritussancti. Imo certe paradisus dei non solum mente sed etiam ventre fuit maria. continens in se lignum vite ihesum cristum vñ beatus bernardus ait. Vere paradysus dei tu es que mundo lignum vite contulisti de quo qui manducauerit viuet in eternum. heu q̄ longe est ab hac benedictiōe marie cuiuscūq̄ mēs non est paradysus dei in benedictionibus gratie: sed est sentina dyaboli in maledictionibus malicie. Talis enim sicut in psal. dicitur / dilexit maledictionem et veniet ei et noluit benedictionē et elongabit ab eo. Itē carissimi bñdicta est maria non solū ppter gratiam donorum cordis / sꝫ etiam ppter gratiam labiorum oris. iuxta illud psalmiste. Diffusa est gratia in labijs tuis pptrea bñdixit te deus in eternum. O quanta in orationibus deuotissimis. quāta in collationib9 vtilissimis gratia in labijs marie fuit. O quāta ad homines quanta ad angelos quāta ad dñm gratia semp fuit in labijs marie. Ipse nanq̄ deus verba labiorum eius libenter audiuit testāte beato bern. q alloquēs ipām dicit. Cui placuisti ex silēcio iā magis placebis ex verbo cū ipē tibi clamet e celo. O pul

cta inter mulieres fac me audire vocem tuam. Eya q̄ veratissi-
ma: q̄ sincerissima semp̄ fuerūt marie labia/ et ideo vere benedixit
ea3 deus ineternū. Heu q̄ ab hac marie bn̄dic̄ōe illi sunt/ quo⁊
labia labijs marie dissimilia sunt. illi inq̄ in quo⁊ labijs non est
gratia diffusa s3 malicia confusa est: ꝓpterea non bn̄dixit s3 male-
dixit/et maledicet eos deus ineternū. Item carissimi bn̄dicta est
maria nō solu3 ꝓpter gratiā dono⁊ cordis: nō solu3 ꝓpter grām
labio⁊ oris/ s3 etiam ꝓpter grām mo⁊ cōuersatōnis. Et de hac
benedictōne accipi potest qd̄ dicitur Jere. xxxi. Benedicat tibi
dn̄s pulcritudo iusticie mons sanctus. Mons sanct9 est sancta ma
ria que bn̄ mons dicitur ꝓpter excellentia3 meritorum: ꝓpter alti
tudinē vite et mo⁊. Hic est mons de quo sicut in daniele legitur
Lapis sine manibus abscisus est/ du3 xp̄s de maria sine opere ma
ritali natus. Pulcritudo hui9 montis pulcritudo inq̄ iusticie: pul
critudo vite et mo⁊ marie tanta fuit/ vt merito in canticis de ipsa
dici possit. Tota pul. es ami. m. etc. Pulcra vtiq̄ in vita: pulcra
in mo⁊ disciplina/ et tota pulcra. Tota certe tota. Quō tota.
Audi Jero. ait eni3 sic. Quicquid in maria gestū est totū puri
tas et simplicitas: totu3 gratia et veritas fuit: totū mia et iusticia
q̄ de celo ꝓspexit. Tali pulcritudini marie dn̄s merito benedixit
Heu q̄ longe est ab ista bn̄dic̄ōe marie/ quicūq̄ talis est in ope
re q̄ sicut marie dicitur. bn̄dicat tibi dn̄s pulcritudo iusticie: sic ei
dici potest. maledicat tibi dn̄s turpitudo iniusticie. O q̄nta male
dictio erit cu3 dicet̄. Discedite a me maledicti ineternū. Ecce vi
dimus o carissima maria q̄ tu es vere bn̄dicta ꝓpter plenitudinē
gratie. Benedicta inq̄ ꝓpter grām consciencie et dono⁊: bn̄dicta
ꝓpter grām lingue et labio⁊: bn̄dicta ꝓpter grām vite et morū.

Secundo pensate carissimi quō vere bn̄dicta sit maria ꝓpter
celsitudine3 sue bn̄dicte prolis: ꝓpter bn̄dictu3 fructū sui ventris
Merito eni3 terra illa bn̄dicta est/ q̄ tam bn̄dictum fructū ꝓfert.
Dn̄ ps̄. Bn̄dixisti do. ter. t. Terra illa est maria: de q̄ in eod̄ ps̄
dr̄. Veritas de ter. or. est. Veritas est xp̄us/ q̄ ait. Ego via ve
ritas et vita. Benedicta ergo est hec terra ꝓpter bn̄dictu3 fructū.
Bn̄dicta ē maria ꝓpt̄ bn̄dictū filiū. Dn̄ btūs Bern̄. dicit. Nō q̄r
tu bn̄dicta ideo bn̄dictus fruct9 ventris tui: s3 q̄r ille te p̄uenit in
benedictionib9 dulcedinis ideo tu benedicta. Igitur maria ꝓpter
prolem piam benedicta. Benedicta inq̄ a domino: ab angelo: ab
homine. Propter prolem vtiq̄ benedicta est a domino benedi-
ctionem eius operante: benedicta ab angelo benedictionem eius
nunciante: benedicta ab homine benedictōnem eius prophetante.

Vere benedicta ꝓpter prolem est maria a dn̄o benedictōez eius
operante siue donante. Hoc bene signatum est. ij. Reg. vi. vbi le
gitur Q̄ꝫ benedixit dn̄s obededom ꝓpter archaȝ. Obededom in-
terpretatur seruus sanguineus. ⁊ bene signat xp̄m qui seru⁹ no
ster fact⁹ est/seruiens nobis miseris vsqꝫ ad sanguinē. Propter
nos enim seruus: ꝓpter nos sanguine⁹ factus est xp̄us. Sangui-
neus in dorso per flagella: sanguine⁹ in capite per spinas: sangui
neus in latere p̱ lanceam: sanguine⁹ in manibus ⁊ pedibus p̱ cla
uos. Huius serui domus fuit maria/de quo in ps̄. dicitur. Reple
bimur in bonis dom⁹ tue. Archa in hac domo locata custum si-
gnat. Custus enim seru⁹ noster: xp̄us vita nostra est. In archa
vrna aurea ⁊ manna. Archa sancta carnem sanctaȝ. vrnam au-
ream aīam xp̄i preciosissimaȝ. manna vero diuinitateȝ dulcissimā
signat. Propter hanc archaȝ ꝓpter ihesum xp̄m filiuȝ marie do-
min⁹ benedixit domui marie. O vere dom⁹ benedicta ex qua om
nium ꝓcessit vita. Ait enim Aug⁹. Benedicta tu in mulieribus
que vitaȝ viris ⁊ mulieribus pepisti. Item kariſſimi ꝓpter p̱leȝ.
benedicta est maria non soluȝ a dn̄o benedictōm eius operante/sed
etiam ab angelo benedictōm eius nunciante: sicut patet in gabrie
le dicente: dn̄s tecuȝ. Benedicta tu in mulieribus: quomō tecum.
Aug⁹. ait. Tecum in corde: tecū in ventre. ideo benedicta tu se-
cum/quia sic est tecuȝ. Tecū vbiqꝫ: tecum nō tantū sicut creator
cum creatura/ſȝ etiaȝ sicut partus cuȝ p̱itura. Propter partuȝ.
enim benedicta es ante partuȝ: ꝓpter partū benedicta es in par-
tu: ꝓpter partū benedicta es post partū. Vere benedicta que sic
partuȝ effudisti/ꝙ ante partum: ⁊ in partu: ⁊ post partū virgo
p̱mansisti. et ideo p̄cipue benedicta dici meruisti: q꞉ non hoiem pu
rum/non angelum veꝝ: sed hoiem ⁊ angeloꝝ dominum peperisti.
Propter qd̄ bene ait Beda sic. Vere benedicta in mulieribus q̄
sine exemplo mulieribus conditōnis cum decore virginitatis gaui
sa est honore parentis: qꝛqꝫ matrem virgineȝ deū ac dei filiū pro
creauit. Item kariſſimi benedicta ꝓpter prolem est maria nō so
lum a domino benedictōm eius operante: non solum ab angelo be-
nedictōm eius nūciante/ſȝ etiā ab homīe benedictōm eius ꝓphetan
te: sicut patet in elizabeth que exultante in vtero eius infante re
pleta spū sancto ꝓphetando exclamauit: dicens. Benedicta tu int̄
mulieres ⁊ be. fru. ven. t. Ideo vtiqꝫ benedicta/q꞉ benedict⁹ fru
ctus ventris tui: sicut ager/ideo benedictus: quia benedictus fru-
ctus eius est. Maria enim fratres est ager ille benedictus de quo
dicit̄ Gen̄. xvij. Ecce odor fi. m. si. o. a. ple. cui be. dn̄s. De hoc

beatus Jero9. ait sic. Bene ager plenus dicitur/ qz maria plena gratia pnunciatur: de cuius vtero credentibus fructus vite pcessit. O vere ager sup omnes agros benedictus pter fructuz. O vere mater sup omnes matres benedicta pter filiuz: fm qd etiam exclamans beatus Aug9. ait. O femina sup feminas benedicta/ que viz omnino nõ nouit ꝛ viz suo vtero circũdedit. Ecce vidimus o dulcissima maria/ qz tu pter benedictũ filium ventris tui es vere benedicta benedictiõe diuina: angelica: ꝛ hũana. Heu ꝙ longe ab ista benedictõe marie sunt/ qui pter maledictũ fructuz operis sui maledictõem incurrũt diuinã: angelicaz: ꝛ hũanam: quia maledicti a deo: maledicti ab angelis: maledicti ab hominibus erunt ineternũ. Tercio pensate carissimi quõ vere benedicta sit maria pter multitudinez misericordie sue. Ipsa namqꝫ p illã ruth signatur de qua dicitur. Benedicta es a dño filia qz priorem misericordiaz posteriore supasti. Prior marie misericordia fuit quã exhibuit duz adhuc viueret in mũdo. posterior vero eius mĩa est quã iaz amplius quã p mille ducẽtos annos exhibuit de celo. Posterior namqꝫ priorez supauit: quia ista illam multitudinez innumerabiliuz beneficioz excessit. Quis estimare possit ꝙ inestimabiliter maria pter miam suaz sit benedicta/ cũ inestimabilis sit ipa eius mĩa. Et quis estimare potest ꝙ inestimabilis sit marie mĩa pter quã ipsa tam inestimabiliter est benedicta. Hinc est qd beatus Bern. exclamãs dicit. Quis mie tue o benedicta longitudinem ꝛ latitudinem ꝛ sublimitatem ꝛ pfundum queat inuestigare. Benedicta ergo est maria p multiplici mia quã p eam homo recipit ꝛ recepit. Benedicta vtiqꝫ est/ qz p eam de9 homĩ placabilis est. benedicta quoqꝫ est/ qz p eaz homo deo acceptabilis est. benedicta insup est/ qz p eaz dyabolus homĩ supabilis est. Dico carissimi qd maria benedicta est/ quia p eaz deus homini placabilis est: sicut signatũ est in abygail de q legit. i. Re. xxv Qz cũ dauid offensus occidere vellet nabal stultuz/ abygail occurrens offenso placauit eum. qui placatus: dixit. Benedictũ eloquiuz tuum: et benedicta tu que phibuisti me ne irem hodie ad sanguinez/ ꝛ vlciscerer me manu mea. Nabal stultus signat peccatorem. Omnis enĩz peccator stultus est. sed heu sicut dicit Eccl. i. Stultoz infinitus est numerus. Abygail mariã signat: interpretatur enĩz patris exultatio. O qnta patris celestis in maria: ꝛ marie in patre celesti fuit exultatio: cum ipa dixit. Exultauit spũs meus in deo salu.m. Sicut aũt abygail dñaz nostram: sic dauid dñm nostꝝ si

gnat· Dauid autez offensus est stulto nabal/ qñ dñs offensus est homini impio· Dauid nabal stulto p abygail placatur/ qñ dominus impio p mariaz reconciliat· Abygail placauit dauid verbis ⁊ muneribus: maria placat dñm p̄cibus ⁊ meritis · Abygail vl=tionez temporalem: maria vero eternalez cōuertit· Duz illa humanum: ista vero diuinū gladium conuertit· Propter hoc bene ait Bern̄· Nemo taz ydoneus dña: qui gladio dñi pro nobis manum obijciat/ vt tu dei amantissima p quā primuz suscepim⁹ mīam de manu domini dei nostri· Item carissimi maria nō soluz benedicta est qz p eam deus homī placabilis est: sȝ etiā ideo benedicta est/ qz p eam homo deo acceptabilis est/ eo q̧ p ipām benedictaz homo benedict⁹ est· Vñ bene ysa. xix dicit Erit israhel bñdictio in medio terre: cui bñdixit dñs exercituuz: dicens· Benedict⁹ populus meus ⁊ cetera· Medium terre cui bñdixit dñs dici potest beata virgo in quo terre medio inchoata est salutis nostre benedictio: iuxta illud ps̄· Deus aūt rex noster añ· s· o· s. in m· terre· De hoc terre medio beat⁹ Bern̄· sic ait · Maria mirabili proprietate terre medium appellat· Ad illaz enim sicut ad medium: sicut ad archanum dei: sicut ad rez causaz: sicut ad negociuz seculoꝝ respiciūt: ⁊ qui habitant in celo: ⁊ qui habitāt in inferno: ⁊ qui nos p̄cesserunt: ⁊ qui nos sequūtur illi qui sunt in celo vt resarciant: qui in inferno vt eripiantur: qui precesserunt prophete vt fideles inueniantur: qui sequuntur vt glorificentur· In hoc ergo benedictio terre medio· benedictus est israhel: benedictus est dei populus/ dum per benedictam dei matrem deo est acceptus. Quid mirum si per benedictam mariam benedicta ⁊ accepta deo sit creatura rationalis/ cum etiam per ipsam benedicta sit creatura vniuersalis· Vnde Anshelmus exclamans: dicit · O virgo benedicta et superbenedicta/ per cuius benedictionem benediatur omnis creatura· non solum creatura a creatore: sed creator a creatura· Item carissimi maria non solum benedicta est quia per eam dominus homini placabilis est· non solum quoq̧ benedicta est quia per eaz homo deo acceptabilis est: sed etiam ideo benedicta est quia per eam dyabolus homini superabilis· Vnde ipsa per Judith signata est: de qua dicitur · Benedixit te dominus in virtute sua / qui per te ad nichilum redegit inimicos nostros · Inimici nostri sunt demones quos beata virgo ad nichilum redegit / dum et in se et in multis alijs vires eoꝝ confregit: sicut beatus Bernh· testatur cum ait·

Tu bellatrix egregia: omnis ante faciem tuam militia spiritualium nequiciarum in fugam est conuersa. Fugiamus ergo fratres & confugiamus ad auxiliu3 marie dñi in omnibus vexatõibus & impugnatõibus dyaboli. Ipsa namq3 est inimicis animarum nostrarum terribilis vt castrorum acies ordinata. Et heu qr multiplex est nostra miseria pro qua benedictione marie indigem9 misericordia: ideo hanc benedictõem inuocem9 cu3 beato Bern. qui sic ait Sit pietatis tue virgo benedicta ipsam quã apud deum meruisti gratiam notam facere mundo. reis veniam. egris medelam. pusillis corde robur. afflictis consolatõem. periclitantibus adiutoriu3 et liberatõem sanctis tuis p̃cibus optinendo. Ecce vidim9 o dulcissima maria qr tu es vere benedicta pro tua multiplici misericordia Benedicta inq3 es: qr per te deus homĩ placatus. benedicta es: qr per te homo deo gratificat̃. benedicta: quia per te dyabolus ab homine supatur. Heu q3 longe ab hac marie benedictõe est cuicũq3 deus placatus non est: quicũq3 deo gratus nõ est: quicũq3 a dyabolo subiugatus est. & ideo talis a deo maledictus est. Quarto pensate karissimi quõ vere benedicta sit maria propter magnitudine3 glorie sue: iuxta illud ezech. iij. Benedicta gloria dñi de loco suo. Gloria dñi est gloriosa mater dñi que vere benedicta est propter gloriam quã habet de loco suo duplici. Benedicta inq3 de loco quo filius eius apud ipsam requieuit in vtero. Benedicta est de loco quo ip̃a apud filiu3 requiescit in celo. Vterq3 enim locus dignissim9 est/ sicut patet per beatu3 Bern. dicente3 sic. Nec in mundo locus dignior virginalis vteri thalamo in quo filiũ dei maria suscepit: nec in celis regali solio quo mariã filius marie sublimauit. Benedicta ergo est maria propter gloriam sua3: benedicta vtiq3 propter gloriam sua3 sublimissimam: copiosissima3: stabilissimam. Benedicta dico propter gloria3 suam sublimissimam dignitate: benedicta propter gloriã suam copiosissimã immensitate: benedicta propter gloriã suam stabilissimã perpetuitate. Dico karissimi q3 benedicta est maria propter gloriam suam excellentissima3 dignitate. De hac benedictõne accipi potest verbum ps̃ dicentis. Benedices corone anni be. t. Nota qd̃ est ann9 equanimitatis. Primus annus exultantiu3 in mundo: secundus eiulantiu3 in inferno tercius exultantiu3 in celo. Primus annus habet dies & noctes. secũdus habet noctes & non dies. terci9 hab3 dies et non noctes Dico qd̃ primus annus hab3 dies & noctes id est bonos & malos qui simul in hoc mũdo sunt. tot aũt sunt dies & noctes in hoc anno quot sunt boni & mali in mundo. Secundus annus hab3 solas

noctes id est solos peccatores noctibus tenebrosiores. Tot aūt sunt noctes in hoc anno quot sunt peccatores in inferno. Tercius annus hʒ solos dies scʒ solos bonos die clariores. tot aūt sunt dies in hoc anno quot sunt iusti in celo. In pmo anno equanimitatis boni et mali equanimiter tollerant. In scdo anno seueritatis mali seuerissime cruciāt. In tercio anno benignitatis boni benignissime coronant. Huius aūt anni bndictōne corona est bndicta virgo maria. Ipsa certe est corona oīm dierū huius anni: qʒ ipa est corona oīm sanctorū celi. Corona enim sup caput poni solet: sic maria qsi sup capita oīm sanctorū locata est/sicut testatur beatus Jeronimus. dicēs. Exaltata meruit sup choros angelorū: et puenit vltra qꝫ nostre humilitatis est natura. Filius certe marie est summa sanctorū corona: maria vero corona sub corona. Patet ergo qꝫ sublimiter benedicta sit corona nostra: mater nostra maria. Omnes ergo tam sublimiter bndictaʒ sequamur: benedictā vtiqꝫ de qua beatus Bern. ait. Non est nobis hic manens ciuitas/sʒ eā inquirimus ad qm hodie maria bndicta puenit. Itē carissimi bndicta ē maria nō solū ppt gloriā eius excellētissimā dignitate/sʒ etiaʒ ppt gloriā eius copiosissimā immēsitate cuius copia tanta est qꝫ ad oēs distendit. et ideo merito ab homibus bndicit/sm qꝫ de ipsa per significatōʒ dr Judith. xl. Bndixerūt eā oēs vna voce dicētes. Tu glia ihrlm: tu leticia israhel: tu honorificētia ppli nostri. Bndixerūt eā vtiqꝫ oēs. Nota qd dicit oēs. naʒ oīs est signū vniuersale requirēs tria appellata. Et ecce qsi tria appellata sunt deus: angelus: homo: q mariā bndixerūt. Deus vtiqꝫ bndixit mariā. pater bndixit mariā. spūs sanctus bndixit eaʒ. oēs tres psone bndixerūt eaʒ. Angelus enī bndixit mariā. Prima ierarchia bndixit eā scda bndixit eā. tercia bndixit eā. oēs angeli bndixerūt eaʒ. Homo qʒ bndixit mariā: coniugati bndixerūt eā. Vidue bndixerūt eā vgines bndixerūt eā: oēs bndixerūt eā. Bndixerūt aūt eā dicentes. Tu gloria ihrlm triūphātis: glia inqꝫ oīm scorū. tu leticia isrl deū ɔtēplātis: tu leticia inqꝫ oīm angelorū. tu honorificētia ppli pegrinātis: honorificētia inqꝫ oīm in mūdo iustorū. Bndictus ergo sit dulcissimus filius tuus o maria/q de copiosissima bndictōe tua tanta pstet bona in celo et in terra: vt taʒ angeli qꝫ hoīes gratulari pnt cū Ans. q ait. Hec tanta bona p bndictuʒ fructū bndicti ventris benedicte marie puenerūt. Item carissimi maria nō soluʒ benedicta est pter gloriam eius sublimissimam dignitate: non solum benedicta est pter gloriam eius copiosissimā immensitate: ymo etiam benedicta est pter gloriā eius stabilissimam perpetuitate.

Ipsa nãq; p domum illam signatur de qua primi paralipomenon xvij dicit/ Te dñe bñdicente benedicta erit in perpetuũ· vere in p petuũ sicut etiã in psalmo dicitur/ ppterea bñdixit te deus in eternum. Si ergo o dulcissima virgo maria tu es vere in mulieribus ⁊ super mulieres·imo etiã sup viros imo etiã sup angelos bñdicta. Benedicta mq; ppter plenitudinẽ gratie quã inuenisti· benedicta ppter celsitudinẽ psone quã genuisti·bñdicta ppter multitudinẽ misericordie quã exhibuisti·bñdicta ppter magnitudinẽ glorie quã pcepisti· Te igit̃ o nimis benedicta te inuocam⁹ te imploramus te oramus cũ beato bernardo qui te bñdictã orans ait·fac o bñdicta p gratiã quã inuenisti·per p̃rogatiuã quam meruisti· p misericordiam quã peperisti·vt qui mediãte te fieri dignat⁹ est particeps infirmitatis ⁊ miserie nostre te quoq; intercedente pticipes nos faciat beatitudinis ⁊ glorie sue amen

Benedicta tu in mulierib⁹· De bñdictiõe nostre virginis bñdicte adhuc dicam⁹/adhuc audiam⁹ felix maria bñdicta· infelix vero oĩs aĩa maledicta·maledicti omẽs quib⁹ dicet̃/ Discedite a me maledicti in ignem eternũ·maledicta certe oĩs aĩa viciosa·bñdicta tu vero maria v̄tuosa·maledictionẽ p septẽ vicia capitalia mund⁹ incurrit·bñdictionẽ autẽ p v̄tutes otrarias maria obtinuit·bñdicta ergo tu ĩ mulierib⁹ o maria·bñdicta vtiq; p humilitate cõtra supbiã· p caritate contra inuidiã p leuitate cõtra iracũdiam p strennuitate cõtra accidiam pro liberalitate contra auariciam/pro sobrietate contra gulam·benedicta pro castitate contra luxuriam· Primo audiamus carissimi quõ bñdicta sit maria p humilitate contra supbiaꝫ· Supbi eniꝫ maledicti sunt sicut scriptũ est· Increpasti supbos ma·q̇ d·a·m·t· Contra hanc superbie maledictionem maria optinuit humilitatis benedictionem· Unde ipsa per vallem illaꝫ signari potest· De qua secundo paralipomenon xx·dicitur· Uocauerunt locum illũ vallem benedictionis · Si omnis humilis est quedam dei vallis·iuxta illud Esaie· Omnis vallis exaltabitur · quantomagis vallis fuit maria que tanta fuit humilitate profunda· Quid mirum si ipsa fuit vallis vallium que fuit humilia humiliũ· O quãtis hec vallis benedicta benedictionibus est exaltata pro humilitate sua·tam profundi/tam vtili tam grata· Unde beatus augustinus ait· O vere beata humilitas marie que dominum hominibus peperit vitam mortalibus edidit·celos innouauit· mundum

purificauit: paradisum apruit: et hominū animas ab inferis liberauit. Vallis quanto humilior tanto receptibilior est aquarum sic et maria gratiarum. Vallis aūt irrigatōnes aquarum recipit q̄n̄qȝ a superiori: q̄n̄qȝ ab inferiori. A superiori quidē per pluuias de monte defluentes ab inferiori vero per aquas de fonte effluentes. Similiter humilis maria q̄si de superiori et inferiori: quasi de monte et fonte irrigata est/cuȝ de diuina et hūana filij sui natura tanta gratiarum benedictōe infusa est. Hec itaqȝ benedictio est de qua legitur Judicū. i. Q̄ cū axa diceret patri suo: da michi bñdictōeȝ. dedit ei pater suus irriguū superius et inferius. Axa marie typū gerit q̄ irriguā a patre celesti benedictōem suscepit. Dedit eniȝ ei pater deus irriguū superius in xp̄i diuinitate: inferius vero in xp̄i hūanitate. Iteȝ superius in mente/inferius in ventre. Iteȝ superius in caritate dei/inferius in caritate ꝓximi. Item superius in contemplatione/inferi9 in actione. Vel certe pater eius celestis dedit ei benedictōem ineffabilis irrigui superius in celis/inferius in terris: vt in celis benedictōem glorie/in terris vero benedictōeȝ gratie possidens benedicta esset tam in celo q̄ȝ in terra: s̄m q̄ beatus Bern̄. innuens dicit. Memento maria q̄ xp̄us maledictionem pertulit crucis qui te suaȝ matrem benedixit in celis: sed et in terris ab angelo benedicta/et a cunctis terre generationibus merito benedicta predicaris. Secundo carissimi audiamus quomodo benedicta est maria pro caritate contra inuidiam. Inuidi namqȝ maledicti sunt/sicut de inuido cayn dicitur Geñ. iiij. Maledict9 eris super terram/que aperuit os suum: et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Contra inuidie maledictionem maria obtinuit caritatis benedictionem. Unde ipsa bene per saram signari potest de qua dominus dixit Geñ. xvij. Benedicam ei et ex illa dabo tibi filium cui benedicturus sum. Sara interpretatur carbo: hoc bene marie conuenit/que tanquam carbo ardore caritatis ignita fuit. Propter quod etiam ipsa bene per rubuȝ ardentem signatur/per quam fideli cuilibet benedictio gratie ministratur. Unde deutronomij. xxxiij. dicitur. Benedictio illius qui apparuit in rubo veniat super caput ioseph. Joseph interpretatur augmentum: et significat quemlibet fidelem diuina gratia adauctum. Benedictus rubus: et benedictus qui per incarnationem apparuit in rubo: per quē tanta venit super capita fideliuȝ benedictio.

Et o vere benedictus carbo tam benedictam flammam producēs benedicta maria tā benedictā prolē gignens. Ex illa inquit dñs dabo tibi filiū cui benedicturus sū. Pensa ergo q̄ntā maria caritatē ad deū habuerit: cū deus filius eius sit corpaliter. pensa etiā q̄ntā ad pximū habuerit cū bonus pximus filius eius spūaliter sit. Si aūt filij eius sumus/ergo et fratres filij eius sum9. Et ideo bene de ista matre benedicta dicit Ans. O benedicta et exaltata nō tibi soli: sed etiā nobis. qd est/ q̄ magnū est/ q̄ amabile est q mundo per te euenire nobis qd̄ vidēs gaudeo/ qd̄ gaudēs dicere nō audeo. si eni tu dña es mater dei: nōne et alij filij tui sunt frēs dei? Tercio carissimi audiamus quō benedicta sit maria pro lenitate et mansuetudine ɔtra iracundiā. Iracundi eni maledicti sunt sicut scriptū est Geñ. xlix. Maledictus furor eoꝝ qa ptinax et indignatio eoꝝ qa dura. Cōtra hanc ire maledictionē maria optinuit mansuetudīs benedictionē. cuius reuera tanta fuit mansuetudo q non solū ppria ira caruit: sed etiā irā dñi ad mansuetudinē ɔuertit. Vñ ipsa bene p abygail signat cui dauid dixit. i. Reg. xxv. Benedictū eloquiū tuū et benedicta tu q̄ phibuisti me ne irē hodie ad sanguinē et vlciscerer me manu mea. ppriū est hoc mansuetoꝝ mansuetis verbis frangere irā offensoꝝ: iuxta illud Prouer. Responsio mollis frangit irā. Mansueta abygail mansuetam mariam signat. vis nosse q̄ mansueta fuerit maria: audi beatum Bernardum. Reuolue inquit diligentius euangelice hystorie serie vniuersā: et si quid forte increpatoriū/ si quid durū/ si quid denicq signum tenuis indignacōis occurrerit in maria de cetero suspectū habeas et accedere verearis. Q̄ si plena magis omnis pietatis et gratie. plena mansuetudinis et misericordie inueneris que ad eam pertinent gratias age ei qui talem tibi mediatricem benignissima miseratione prouidit in qua nihil possit esse suspectum. Dauid xp̄m signat qui per mansuetissimam mariā mansuescit et placatur ne se de peccatore per mortem eternam vlciscatur. Omnis enim anima morti eterne obnoxia anhelare nō cesset ad tantam marie mansuetudinem pro qua ipsa merito est benedicta. Dico ergo omnis spiritus moribundus dicat cum Anselmo dicente sic. O tu benedicta super mulieres que angelos vincis puritate. sanctos superas pietate: anhelat moribundus spiritus meus ad tante benignitatis respectum: sed erubescit ad

tanti rigoris aspectum. Quarto audiamus carissimi quomo=do benedicta sit maria pro strennuitate contra accidiam. Accidiosi enim maledicti sunt qui opera dei strenue et fideliter nō agunt. Unde dicitur Jeremie. xlviij. Maledict9 qui facit opus dei fraudulenter. Contra torporis maledictōem maria meruit rigoris benedictionē. Ipsa namq per illam iahel signata esse potest que clauo syseram interfecit. Propter quod Judith. iiij. dicitur. Benedicta inter mulieres iahel et cetera. Jahel interpretatur ascen=dens/ quod conuenit marie: que non sicut accidiosi descendit/ sed strennue de virtute in virtutem de inferioribus semper ascendit: iuxta illud Canticorum. iij. Que est ista que ascendit per deser=tum sicut virgula fumi. Ista benedicta iahel quid fecit: certe clauo tabernaculi syseram interfecit. Sysera exclusio gaudij inter=pretatur: et bene dyabolum signat qui a gaudio celesti exclusus: etiam alios excludere festinat. ymo heu nos omnes excluserat per matrē generis humani: cuius exclusionis maledictio exclusa est per benedictam matrem saluatoris. Unde bene venerabilis pres=spiter Beda ait. Benedicta tu inter mulieres/ per cuius par=tum virgineum a natis mulierum maledictio prime matris exclusa est. Sed quid per clauum signatur quo caput sysare perfora=tur. Quis est clauus iste/ nisi rigor disciplīne. Quid est enim ri=gor disciplīne accidiosis/ nisi quasi quidam clauus in oculis. Ri=gor vtiq disciplīne clauus est dyabolum acerrime pungens: cla=uus est dyabolum rigidissime configens. Benedicta itaq iahel caput sysare clauo interficiente confixit: quando benedicta maria virtutem sathane rigore disciplīne in se extinxit. Benedicta er=go inter mulieres iahel: benedicta inter mulieres maria. Inter quas mulieres: audi Bedam qui dicat. Non solum benedicta tu in mulieribus/ sed inter mulieres benedictas maiori benedicti=one specialiter insignis. Quinto audiamus carissimi quomodo benedicta sit maria pro liberalitate contra auariciam. Auari enim maledicti sunt secūda petri. ij. Cor exercitatum auari habentes maledictionis filij et cetera. Contra hanc auari maledi=ctionem maria meruit largitatis et profusionis benedictionem. Ipsa tanquā vena fontana semper fuit effluens: semper larga.

⁊ ideo vere benedicta iuxta illud prouerbiorum quito. Sit vena tua benedicta. In temporalib9 vena illa maria plus q̄ꝫ larga fuit quia large ⁊ perfecte omnia contempsit. Unde ſm expositionem haymonis beata dei genitrix lunam sub pedibus habuit quia cuncta tēporalia despexit. O quante gratie per hanc venā ad homiēs defluxerunt. Sic ergo o ecclesia vena tua benedicta per quam tibi tanta affluūt bona. vere vena nobilis / vena spiritusancto plena. vena fontis vite / vena salutis nostre est maria. per hanc nāqꝫ venam fontis vite cristus ad nos venit. ⁊ per hanc ad fontē vite ihesum cristum etiam nos venimus. et ideo vere est benedicta. Unde beatus bernardus ait / per te accessum habemus. O benedicta inuentrix gratie / genitrix vite / mater salutis. vt per te suscipiat nos qui per te datus est nobis. Sexto audiamus carissimi quomodo benedicta sit maria pro sobrietate contra gulam. Gulosi nanqꝫ maledicti sunt / sicut patet in gula primorū parentum ꝓ qua ⁊ ipsi ⁊ totū genus humanū maledictionē incurrerūt. cōtra hanc gule maledictionem maria obtinuit abstinentie ⁊ omnis temperantie benedictionem. merito enim cōtra malediciones gule in paradyso materiali habūdauerūt bn̄dictiones temperātie in paradyso spirituali. iuxta illud ecclesiastici. xl. Gratia quasi paradysus in benedictionibus. Tanta gratiarū copia in maria habundauit vt etiā ipsa gratiosa virgo gratia quodāmodo dici possit. Hec aūt gratia videlicꝫ gratiosissima virgo maria fuit quasi paradysus in benedictionibus. Sicut enim in paradyso materiali gula eue meruit malediciones penarum. sic in paradyso spirituali temperantia marie meruit benedictiones gratiarū. Un̄ aug9. ait. maledictio eue in benedictionē vertitur marie. Sicut aūt gula eue non solum maledictionem in anima / sed etiam in corpore. sic maria non solum benedictionem in corpore sed etiam in anima non solum benedictionem spiritualem sed etiam corporalem optinuit. Maledictio enim eue gulose fuit parere cum dolore. benedictio aūt marie tpate fuit parere sine dolore. teste beato Bernardo qui ait. benedicta tu in mulieribus que illam generalem maledictionem euasisti qua dictū ē. in dolore paries filios. ⁊ nihilo minus illam qua dictum est / maledicta sterilis in israel. ac singularem consecuta es benedictionem vt nec sterilis maneas / nec cum dolore parias. Septimo audiamus carissimi quomodo benedicta est maria per castitatem contra luxuriam. Luxuriosis dicitur maledictus qui dormit cū vxore alterius proximi sui. ⁊ dicet oīs

populus. Amen. sic dicitur deutro. xxvij. Contra hanc inconti-
nentie maledictōez maria meruit cōtinentie benedictōem / sicut si-
gnatū pōt esse Judith. xv. vbi dicit. Benedixerūt eam vna vo-
ce dicentes. Tu gloria ierlm: tu letitia israhel: tu honorificentia po-
puli q̄ fecisti viriliter / ꝛ confortatū est cor tuuz eo ꝙ castitatem
amaueris / ꝛ post virū tuū aliuz nesciens: ideo man⁹ dñi ɔfortauit
te ꝛ eris benedicta ineternū. Jn hac casta iudith benedictōe pōt
benedictō marie non soluz signari ꝫ etiaz p locū a maiori ꝓbari.
Si enī sic benedicta est vidua casta q̄ntomagis virgo casta / ma-
xime talis virgo q̄ ꝛ deū parere ꝛ certe sic parere meruit ꝙ vir
ginitatem non amisit. Propter qḋ bene Beda dicit. Benedicta
est incorpaliter q̄ ꝛ diuini germīs gloriam suscepit / ꝛ coronam
virginitatis seruauit. Notanduz aūt est ꝙ in scripturis inueni-
mus benedictā ɔiugataz: benedictā viduam: benedictā virginem.
Benedicta ɔiugata fuit sara / de qua dicit Thob. ix. Dicat bene-
dictio sup vxorez thobie. Benedicta aūt vidua fuit iudith / sicut
ostensuz est. De vidua quoqꝫ bñdicta in ps dicit. Viduā eius be
nedicens bñdicaz. Benedicta vero fuit virgo maria teste angelo
qui dixit. Benedicta tu in mu. Benedicta ergo q̄ ɔiugalez: bene-
dicta magis q̄ vidualem: bñdicta maxime q̄ virginalem amauerit
castitatem. Benedicta certe q̄ cuz sara ꝛ susanna fuerit casta cō
iugaliter: benedicta magis q̄ cuz iudith ꝛ anna fuerit casta vidu
aliter: benedicta maxime que cum maria fuerit casta virginaliter
Propter quod beatus Augustinus dicit. Bonuz susanne in cō
iugali castitate laudamus: sed tamen ei bonum vidue anne: ac
multomgis virginis marie anteponimus. Vere dignum et iu-
stum est hoc. Dignum est vt benedicta sit que cum viro suo virū
alium non nouit. Justum magis est vt benedicta sit que nec cuz
viro suo nec post virum alium non nouit. Dignum et iustum
est vt maxime benedicta sit que nec suum nec aliuz virum nouit:
ꝛ tamen virum tam immensum concepit. Ideoqꝫ Augustinus
exclamans dicit. O femina super feminas benedicta que virum
omnino non nouit ꝛ viruz suo vtero circumdedit. Sic ergo ca-
rissimi pro humilitate benedicta: benedicta pro caritate: benedi-
cta pro lenitate: benedicta pro strennuitate: benedicta pro libe-
ralitate: benedicta pro sobrietate: benedicta pro castitate maria
merito fuit: q̄ humilitate excellentissima: caritate opulentissima:
lenitate patientissima: strennuitate feruentissima: largitate effluen
tissima: sobrietate abstinentissima: virginitate ɔtinentissima fuit.

Eya ergo tu tā multipliciē benedicta / tu tā feliciter supbenedicta maria · oramus vt tua bñdictiōe nos miseros absolutos ab omni maledictione dignos reddas diuina bñdictione p dñm ihesū xp̄m

Benedict9 fruct9 ven· tui· Ostensuз est supra quō maria ꝓpter purissimā vite innocentiā merito p aue salutatur · quō ꝓpt copiosissimā gratie affluentiam merito gratia plena ꝯmemoratur quō ꝓpter familiarissimā dei presentiam dominus secum fore insinuatur · Ostendendum auteз nunc est quomodo propter vtilissimam prolis sue excellentiam · merito benedictus fructus ventris sui proclamatur · Benedictus ergo fructus ventris tui · o benedicta mater filij dei · hic est ille fructus d quo propheta dicit · Dominus dabit benignitatem · ⁊ terra non dabit fructus suos · quod exponens beda dicit / Dedit dominus benignitatem quia ingressui vnigeniti sui virginalis vteri templum spiritusancti gratia cōsecrauit · ⁊ terra non dabit fructum suum · quia eadem virgo que de terra corpus habuit / filium genuit diuinitate · quidem deo patri coequalem sed sibi carnis veritate substantialem · Considerandum autem est ꝙ fructus fructus iste generosissimus · fructus deliciosissimus · fructus virtuosissim9 · fructus copiosissimus est · fructus inq̄ generositate sublimissimus · fructus delectabilitate desiderabilissimus · fructus virtuositate vtilissimus · fructus copiositate vniuersalissimus Primo cōsideremus carissimi quomodo fructus vteri virginalis generosissimus sit · generosus quidem est quia de vtero regali est · generosior autem est quia de vtero virginali est · generosissimus certe ē quia de vtero paternali de vtero inq̄ patris eterni est · Dico carissimi ꝙ generosus est fructus iste quia de vtero regali de vtero inquam regis dauid prodijt sicut sibi dominus promiserat dicēs in psalmo · De fructu ventris tui ponam super sedem tuam · Hoc autem promissum apostol9 testatur dicēs · Ro · i · Qui factus ex semine dauid ₰m carnem ⁊ certe fructus iste generosus ⁊ nobilis est non solum propt̄ regem dauid · sed ⁊ propter omnes illos nobiles reges ꝓgenitores suos per quos ₰m genealogiam a matheo descriptā propagatus in mundum venit · iuxta sapiētie · xiij · A regalibus sedibus venit · Item carissimi fructus iste licet generosus sit propter vterum regalem · generosior tamen est ꝓpter vterum virginalem de quo dicit · Benedictus fruct9 ventris tui · ventris vtiq̄ qui ₰m ꝙ in virga aaron significatum fuit florem virginitatis simul cum fructu fecunditatis retinuit · propter quod

vnde beatus bern. ait. Nascitur cristus ex muliere sed cui fecunditatis fructus sit accedat ut nō recedat flos virginitatis. Ista fructus virginalis nobilitas sicut mirabilior ita excellentior est q̄ p̄mam plus q̄ celi exaltēt a terra. O vere mirabilis et inaudita nobilitas. o vere nobilis de virgīe natiuitas. Nobilitas inquit augustinus fuit nascentis in virginitate parientis et nobilitas parientis in diuinitate nascentis. Item carissimi fructus iste licet generosus sit propt̄ vterum regalem generosior aūt propter vterū virginalem generosissimus tamen propter vterum paternalem. vñ de isto fructu accipi potest illud. Osee xiij. ex me fructus tuus inuentus est. Originale habet tuus sed septuagita habent eius. dicat ergo deus pater ad mariam dicat ad fidelē animam dicat ad ecclesiam. Ex me fructus tuus inuent9 est. tuus o maria ad hūc fructum producendum electa. Tuus o anima ad hunc fructū diligendum illecta. Tuus o ecclesia ad hunc fructum percipiendum collecta. Tuus meq̄ tuus. Tuus certe corporaliter per assumptā naturam. tuus spiritualiter per gratiā. tuus sacramentaliter p eucharistiam. tuus eternaliter per gloriam. Ex me tamē tuus ē quia ex meo vtero genitus est sicut in psalmo scriptum est. Ex vtero ante luciferum genui te. O vere nimis admiranda nimisq̄ veneranda nobilitas q̄ fructus ventris materni est filius vteri eterni et sapiētia cordis paterni. sicut et beatus bernardus de isto fructu scribens ait. Illius o maria eris mater cuius deus est pat̄ filius potētie caritatis erit corona tue castitatis. Sapiētia paterni cordis erit fructus vteri virginalis. Ista ergo fructus generosissimi huius nobilitas primam et secundam in infinitum sua dignitate precedit et omēs intellectum humanum et angelicum cuz sua sublimitate excedit. Ideoq̄ bene de hoc fructu dicitur Ysaie quarto. Erit germen domini in magnificentia et gloria et fructus terre sublimis. In magnificentia propter regalem/in gloria propter virginalem. sublimis propter eternalem siue paternalem generositatem. Secundo consideremus carissimi quomodo fructus vteri virginalis delitiosissimus sit. Delitiosus quidem est in odore. delitiosior in spetie. delitiosissimus vero in sapore. Decorem aūt eius fide. odorē spe. saporem eius caritate percipimus. Dico carissimi q̄ fructus marie delitiosus est suaui odore. Unde de ipso bene potest dicere mater eius. illud ecclesiastici vicesimo quarto.

Ego quasi vitis fruc·f·o. fructus vitis est proles virginis· Qd tñ vere mirū est: ⁊ mire verum est·teste Aug⁹·qui de hoc fructu sic ait· De creata creator oīm procreat⁹ nascit̄ de uuulo suo fōs magnus educit̄· radix oīm de virgulto suo nascit̄ · et vitis vera palmitis sui fruct⁹ effiat̄· Fruct⁹ vitis vinū ē· Odor vini delecta bilis ē· Sic certe odor exēplorū xp̄i/ odor ꝯsolationū xp̄i/ odor ꝑmissionū xp̄i valde delectabilis est anime xp̄m sitienti · Et ideo sicut odor vini sitientem: sic odor xp̄i trahit post ipsuꝫ currenteꝫ et dicentem Can·i· Trahe me post te ⁊c· Qꝫ nos miseri heu non currimus sed vix serpimus: signum est ꝙ de odore huius fructus heu parum suscepimus· O si olfactum ysaac haberemus qui hu= ius fructus odorem tam longe presensit: teste beato Bern·qui sic dicit· Huius odoriferi fructus fragrantiam sendebat qui dice bat·ecce odor filij mei sicut o·a·p·c·b·d· Item carissimi fruct⁹ iste non solum delitiosus est odore · sed etiam delitiosior est specie et decore· De hoc nota qd dicitur Leuit·z3· Sumetisꝗ die pri mo fructus arboris pulcherrime· Primus dies animam illumi= nans est fides· Et certe si sumere debemus fructus arboris pul= cherrime·arbor pulcherrima est maria· Pulchra quidem in fo= lijs oris·pulchrior aūt in floribus cordis·pulcherrima vero in pulcherrimo fructu ventris· De quo beatus Bernardus infert sic· Si inquit fructus ille mortis non solum suauis fuit ad vescē dū·sed etiā teste scripta delectabilis aspectu·quantomagis huius vitalis fructus viuificum decore debemus inquirere illum queꝫ desiderant angeli prospicere· Pulcher vtiꝗ fructus xp̄us est q̄ speciosus forma pre filijs hominum ē· Si autē plenius cognosce re volumus fructus huius pulchritudinem recurramus ad ipsaꝫ arborem pulcherrimam requiramus ipsam pulcherrimam eius matrem ⁊ dicamus illud Canticorum·q· Qualis est dilectus tu us ex·di·ꝯ·p·m·m· Et ecce ipsa respondens statim dicit· Dile= ctus candidus ⁊ r·e·ex·mi· Ipse candor lucis eterne· Candi= dus quidem est diuinitate: rubicundus autem humanitate· Cā didus quoꝗ conuersatione: rubicundus passione· Ecce ꝗ pul cher fructus·propter hoc bene de ipso dicit Augustinus· Pul= cher in celis/pulcher in terris/pulcher in patre verbum/pulcher in matre caro ⁊ verbū·Hec aūt pulcherrima arbor maria non solum habet pulcherrimum fructum ventris: sed etiam pulcher= rimos habet fructus mentis · De quibus Apos·ad Gal·q·scri= bens ait· Fructus autem spiritus est: caritas·gaudiuꝫ·pax·pa tiētia·benignitas·bonitas·longanitas·māsuetudo·fides·modestia

continentia·castitas··Item carissimi fructus iste non solum deliciosus est odore / et deliciosior decore : sed etiam deliciosissimus est sapore · Quod bene illa sancta anima experta fuit que Canticorum ij· dicit · Sub vmbra illius quem desiderabam sedi : et fructus eius dulcis gutture meo · Quid mirum si fructus iste tam dulcis est qui tam altus est· Dicit enim beatus Bernhardus· Fructus quanto altior tanto dulcior : ergo tu solus dulcissimus / quia tu solus altissimus · Quomodo autem potest altissimus esse ille fructus cuius breuissima est arbor · Sed certe arbor huius fructus maria et altissima simul est et breuissima · Altissima dignitate : breuissima humilitate · Altissima in oculis domini : breuissima in oculis suis · Que licet hoc modo sit breuis : fructus tamen eius est valde dulcis · Vnde Ecclesiastici· xi· dicitur · Breuis in volatilibus est apis / et initium dulcoris habet fructus eius· Si igitur fructus ventris marie in olfactu : in visu : in gustu deliciosissimus est : et ideo vere benedictus est : sicut etiam beatus Bernhardus testatus est : dicens · Benedictus fructus ventris tui · benedictus in odore · benedictus in sapore · benedictus in specie· Tercio carissimi consideremus quomodo virginalis vteri fructus sit virtuosissimus · Nam reuera virtuosus est ad perditorum saluationem : ad saluandorum multiplicationem : ad multiplicatorum conseruationem· Dico carissimi quod fructus iste benedictus virtuosus est ad saluandum siue ad salutem : propter quod etiam fructus salutis dicitur Vnde Ecclesiastici. i· Corona sapientie timor domini replens pacem et salutis fructum . Quid est quod dicit pacem et fructum : fructus salutis nostre et pax nostra ille est qui facit vtraque vnum ihesus cristus · Et certe hunc fructum / hanc pacem timor domini repleuit : teste esaia qui ait· Et replebit eum spiritus timoris domini · Bene autem dicitur fructus salutis sine quo nulla salus est nobis : iuxta illud Actuum . iiij· Non est in aliquo alio salus · Et Anshelmus · Non est inquit salus nisi quem tu virgo peperisti· Tu igitur o maria vere es arbor salutis que mundo portasti fructum salutis : sicut beatus exclamans dicit· O vere celestis planta preciosior cunctis : sanctior vniuersis · O vere lignum vite quod solum fuit dignum portare salutis fructum· Sed heu multi fructum istum salutiferum faciunt mortiferum : fructumque tam melliferum sibi conuertunt in absinthium eternum : sicut Amos ·v· dicitur· Conuertisti in amaritudinem iudicium : et fructus iusticie in

absinthium. Item carissimi fructus iste valde virtuosus non so-
lum virtute saluatiua/sed etiam virtute mulplicatiua. Unde eti-
am in bono exponere possumus quod scriptum est. A fructu fru
menti vini et olei sui multiplicati: vt frumentum ad corpus cri-
sti: oleum ad animam cristi: vinum ad diuinitatem cristi referia-
mus. Fructum quoque frumenti ad sacramentum corporis cri-
sti: fructum autem vini ad sacramentum sanguinis cristi: fructu
vero olei ad vnguentum spiritus sancti referre possumus. Ab
hoc ergo fructu multiplicati sunt filij in ecclesia: et multiplicata est
ecclesia in filijs. Nam omnes filij ventris ecclesie sunt hereditas
et merces fructus ventris marie: sicut in Psalmo dicitur. Ecce
hereditas domini filij merces fructus ventris. De hoc quoque be-
atus Ieronimus ait. Ipse dominus natus ex virgine factus est
fructus ventris, cuius assumpta humanitas hanc accepit merce
dem vt gentes vocare in filijs sint hereditas eius. Item carissimi
fructus iste benedictus non solum virtute salutatiua virtuosus:
non solum virtute multiplicatiua virtuosior: sed etiam virtute
conseruatiua virtuosissimus est. Unde de hoc fructu possumus ac
cipere illud Prouerbiorum vndecimo. Fructus iusti lignum vi-
te. Sicut enim lignum vite quod fuit in medio paradisi terre-
stris virtutem habuit seruandi vitam nature: sic certe fruct9 ven
tris marie/qui est lignum vite. et fructus vite in medio paradi-
si ecclesie conseruat vitam gratie: in medio paradisi celestis pa-
trie vitam glorie. Conseruat quidem vitam gratie a corruptio-
ne culpe. Vitam vero glorie a corruptione omnis miserie/vt sic
recipiamus in fructu Marie quod amisimus in fructu adam et
eue: sicut bene notauit Beda: dicens. Benedictus fructus ven-
tris illius / per quem et semen incorruptionis in superne heredi-
tatis quem in adam perdidimus fructum recipimus. Sic ergo be
nedictus fruct9 marie salutem dando spiritualiter saluandos mul
tiplicando vniuersaliter: multiplicatos conseruando eternaliter
virtuosissimus. Quarto consideremus carissimi quo-
modo virginalis vteri fructus sit copiosissimus. Reuera enim
causa copiosus est / quod animam plene potest reficere.

tam copiosus est ꝙ omnibus potest sufficere·taȝ copiosus est ꝙ nunq̄ꝫ potest deficere · In p̄mo quidē copiosus:in secundo copi osior:in tercio copiosissimus est. Dico cařissimi ꝙ fructus iste benedictus tā copiosus est ꝙ aīaȝ rationalē quā totus mundus oīsq̄ꝫ creatura satiare non potest: fructus iste ad satietatē refice= re potest· Unde scriptum est: De fructu opm tuoꝝ saciabitur terra· Fructus ventris marie est fructus operum tuorum domi ne· Tuorum vtiq̄ꝫ tuorum:non humanorum:non mortalium: sed tuorum· Tuum enim dn̄e opus est tante virginis prepara tio·tuum opus est gabrielis missio:tuum opus sancti spiritus su peruentio:tuū opus est verbi ⁊ carnis vnitio·Taliū operum tu orum dn̄e est fructus iste· quia de talibus operibus quasi de qui busdā floribus processit fructus iste·Unde etiam in nazareth qd̄ flos interp̄tatur bene apparuerunt flores isti·Dicit enim beatus Bern· In nazareth nunciatur xp̄s nasciturus:quia in flore spe= rat̄ fructus ꝓcessurus·Terra que isto fructu satiatur est anima humana: que ad modum terre semper est germinatiua/siue vtili um/siue inutilium herbarū:id est cogitationum ⁊ desideriorum · Ista inq̄m terra fructu marie satiatur:sicut scriptū est· Satiaboꝛ cū apparuerit gloria tua· Quid mirū si in gloria satient̄ hoc fru ctu fruentes cū etiā in miseria satient̄ credentes·Un̄ cassio·excla mans dicit·O fructus ille mirabilis qui humanū genus dulcissima credulitate satiauit·Unde nō gustare peccare est·Vide ergo q̄m copiosus iste fructus est qui aīaȝ satiare potest quā totus mund9 satiare non potest· Itē cařissimi fructus iste benedictus non solū tam copiosus est ꝙ animā insatiabileȝ potest plene reficere:sed etiā tam copiosus est ꝙ vniuersitati saluandorū potest bene suffi cere. Hinc eni est fructus arboris illius gloriose de qua dicitur Dan̄·4 Fructus eius nimius ⁊ esca vniuersorū in ea·Vniuer= sorū certe in dn̄o viuentiū/quiescentiū/resurgentiū·sicut pulcre signatum potest esse Leuit·25·vbi dicitur· Dabo vobis benedi ctionem meam anno sexto ⁊ faciet fructus trium annorum·An= nus sextus etatem sextam:septimus septimam:octauus octauaȝ signat· Iste annus sextus est ann9 plenitudinis:s̄m illud Apo· Gal̄·4·At vbi venit plenitudo temporis misit deus filiuȝ suū ⁊c Hic itaq̄ꝫ annus protulit fructum dei filium:fructum vtiq̄ꝫ tam copiosum/ꝙ per ipsum anno sexto viuentium:anno septimo q= escētiū:anno octauo resurgentium habemus omnes fructus ani marum nostrarum· Ipse ergo est fructus sufficiens vniuersitati animarum nostrarum: quia est dominus sufficiens vniuersitati

creaturarum. Hic autem est fructus ventris marie Augus. teste: qui ait. Illa virgo singulari gratia preuenta est atque repleta: vt ipsum haberet ventris sui fructum: quem ex initio habet vniuersitas dominum. Item carissimi fructus noster benedictus non solum in hoc copiosior est quod animas satiandas potest ad satietatem reficere: non solum in hoc copiosior est quod animarum satiandarum potest vniuersitati sufficere: sed etiam tam copiosissimus est quod satiandis animabus et angelis nunquam potest deficere: iuxta illud Ezechielis. xlvij. Non deficiet fructus eius. O infinita copia: o copia defectus nescia. Deficere vtique non potest copia huius fructus ineternum / cum sit copiosissime benedictus ineternum. Ait enim beatus Bern. Benedictus fructus ventris tui qui est benedictus ineternum. Sic ergo fructus iste benedictus copiosus est dum ad satietatem reficit: copiosior dum sanandorum vniuersitati sufficit: copiosissimus dum sanandis imperpetuum non deficit. Vides nunc o lector: vides o auditor quam generosissimus: quam deliciosissimus: quam copiosissimus sit fructus ventris marie benedictus. Vides inquam quod sit generosus ex vtero regali: generosior ex virginali: generosissimus ex paternali. Vides etiam quod deliciosus sit odore: deliciosior decore: deliciosissimus sapore. Vides nichilominus quod virtuosus sit ad curandum: virtuosior ad multiplicandum: virtuosissimus ad conseruandum. Vides insuper quod copiosus ad satietatem: copiosior ad vniuersitatem: copiosissimus ad perpetuitatem. Hee. xij. conditiones huius fructus signari possunt per illos. xij. fructus / de quibus Apocal. xxij. dicitur. Quod angelus iohanni ondit lignum vite afferens fructus xij. Et quia fructus iste fructus vite: lignum vite: omnibus hominibus ad vitam producitur. ideo merito omnis homo ad laudandum huius fructus auctorem inouatur / sicut scriptum est. Confiteantur tibi populi deus os. ti. po. o. t. de. f. s. Eya nunc benedicta mater huius benedicti fructus fac vt hoc fructu fruamur ineternum. Per eundem fructum dominum nostrum ihesum xpm filium tuum Amen.

Benedictus fructus ventris tui. Postquam tenuiter vidimus de fructu ventris marie qualis et quantus sit et credatur: videamus modo quorum sit / et quibus debeatur; Fructus namque iste non solum est fructus ventris sed etiam mentis. Fructus est ventris solius marie: fructus autem mentis cuiuslibet fidelis anime. Fructus ventris per carnem: fructus mentis per fidem. Unde sanctus Ambrosius ait. Si secundum carnem vna mater est cristi: secundum tamen omnium fructus est cristus.

Omnis enim anima concipit dei verbum immaculata ⁊ inmunis a vicijs. Igitur ſm Amb. q̄cunq; mens hunc fructū ſibi voluerit adeſſe: debet a vicijs immunis eſſe. xp̄s enī fructus eſt mentis non viciose/ſed virtuoſe: non vicioſe per ſeptē vicia capitalia ſed virtuoſe cōtra ſeptē vicia capitalia. Fructus ergo iſte eſt humilium cōtra ſuperbiā. fructus amantiū cōtra inuidiā. fructus mitium cōtra irā. fructus laborantiū cōtra accidiā. fructus liberaliū cōtra auariciā. fructus abſtinentiū cōtra gulā. fructus cōtinentium cōtra luxuriā. Primo cariſſimi videamus quomodo fructus iſte benedictus ſit humiliū cōtra ſuperbiā. De hoc enī accipere poſſumus qd̄ dicitur. 4. Reg. 19. Quodcunq; reliquū fuerit de domo iuda mittet radicē deorſū ⁊ faciet fructū ſurſū. De domo iuda fuit beata maria: de domo iuda eſt quelibet fidelis anima Illa corporaliter iſta ſpūaliter. illa per carnē iſta per fidē. Et idō non ſolū maria ſed etiā quilibet fidelis volens facere fructū ſurſū debet radicē mittere deorſū. Radix aūt deorſū mittenda humilitas eſt: q̄ ad modū radicis ſemp ad yma tendens ē. Huius bene dicte radicis arbor q̄nto fuerit pcerior tāto radix ipſa dꝫ eſſe profundior. iuxta illud Eccī. 3. Quanto magnus es humilia te in omnibus ⁊ corā deo inuenies gratiā. alioquin arbor quanto maior eſſet tanto citius vento inflationis ſubuerteretur: ſine magna ⁊ profunda humilitatis radice firmaret̄. Penſemus ergo quantū illius virge pfunda fuerit que ſic in ſublime excreuit: vt fructū angelis altiorē ferre meruit. fructus vtiq; de q̄ beatus Amb. ait Ipſe fructus ē flos radicis: de qua Eſa. Exiet inquit virga de radice yeſſe ⁊ flos de radice eius aſcendet. Quecunq; aīa hanc humilitatis radicem deorſum miſerit/ipſa hunc ſurſum habebit. Surſum inq; in alto intellectu: ſurſum in alto affectu: ſurſum in cōtemplatione: ſurſum in dilectione. Sic ergo fructus iſte benedictus humilium eſt. Ideo maria ſuper omnes homines fuit hoc digniſſima: quia ſuper omnes homines humilitate fuit radicatiſſima. ppter qd̄ bene beatus Bern. exclamans dicit. O virgo virga ſublimis ad quantam celſitudinem verticem ſanctum erigis vſq; ad thronum maieſtatis quoniam in altum mittis radicem humilitatis. Secundo videam⁹ cariſſimi quomodo fructus iſte benedictus ſit amantium deum ⁊ proximum contra inuidiam. De hoc accipere poſſumus illud pſalmiſte. Ecce hereditas domini filij merces fructus ventris. Hoc exponens beatus Ambroſius ait. Hereditas domini filij ſunt qui merces ſunt fructus illius qui de marie ventre proceſſit. Multi ergo filij ſunt merces vniti

filij qui est fruct9 ventris benedicti. Sed vbi vel qñ meruit hanc mercedē. Meruit certe nascendo: meruit in p̄sepio iacendo. meruit circumcisionem sustinendo: meruit docendo: meruit opera salutis nostre exercēdo: meruit moriendo: meruit in q̄ nobis. xxxiij annis nobis seruiendo. Et ꝓpter hoc iustissime hāc mercedē exigit dicens zach. xi. Si bonum est in oculis vestris afferte mercedem meā. Sed certe non solū filij sunt merces fructus ventris sed ipse fructus ventris sanctissimi est merces filij cuiuslibet adoptiui. Qui aūt sunt isti filij: audi. Filioꝝ est diligere patrem ⁊ patris filios. Filij ergo dei ⁊ filij ecclesie sunt quicūq̄ deū ⁊ ꝓximū diligunt. Vnde apo9. ad eph. v. Estote imitatores dei sicut filij carissimi / ⁊ am. in di. ⁊c. Et math. v. dicitur. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos: ⁊ orate ꝓ p̄secutoribus ⁊ calumniantibus vos: vt sitis fi. patris ve. qui in ce. est. Tales ergo filij videlicet amatores dei ⁊ proximi sunt merces hui9 fructus benedicti: taliumq̄ filiorū merces est ipse fructus benedict9 Sic igitur fructus iste diligentium est. ⁊ ideo maria super omnes homines fuit hoc fructu dignissima: quia super omnes homīes fuit caritate affectuosissima. Propter quod bene ait beatus Augustinus sic. Quis dubitare poterit omnino in affectionem caritatis transisse viscera marie in quibus ipsa que deus est caritas nouem mensibus corporaliter requieuit. Tercio carissimi videamus quomodo fructus marie benedictus sit patientium ⁊ mitium contra iram. De hoc accipiamus quod dicitur Job. xxij. Acquiesce ergo illi et habeto pacem / et habebis fructus optimos. Acquiescere ⁊ pacem habere est mitium ⁊ patientiū. Qui autem tales sunt ipsi per fructus optimos habebunt. Duo autē optimi sunt fructus. vnus virtutis: alter ventris. Optimus fructus est caritas: de qua Apostolus ait. Fructus autem spiritus Fruct9 qui ibi enumerantur / alij quidem sunt boni: alij vero meliores: sed primus qui est caritas optimus est / per quem alij omnes sicut ostendit Augustinus boni sunt. Optimus autem fructus ventris est cristus. Ille namq̄ bonus fructus ventris est: quicunq̄ in ventre sanctificat9 est. Ideoq̄ bonus est fruct9 ventris elizabeth: melior aūt fruct9 ventris anne: optimus aūt fructus ventris marie. Bon9 aūt fruct9 ventris elizabeth iohānes melior fruct9 anne maria: optim9 fructus marie ih̄s. Pensa frater quis sit iste fructus: et de q̄ terra sit ꝓductus: ⁊ videbis q̄ est optim9. Audi Jeronimū qui ait. Fruct9 est virgo de virgine:

dñs de ancilla· deus ex homine/filius ex matre fructus eterni · O felices q̃ in omnium castigatõnum disciplina aĩm tam pacientem habẽt ⁊ tã pacatū ꝙ ex hoc iustissime sequunt̃ fructum pacien tium·fructū pacatissimum de quo ad hebre.xij· loquit̃ · Omnis inq̃t disciplina in p̃senti quidẽ non videt̃ esse gaudij sed meroris· postea autẽ fructum pacatissimū exercitatis p̱ eã reddet iusticie Exercitatã ergo paciẽciā habentes fructum optimum referunt iuxta illud Lu·viij·fructum afferat in paciencia·sicut ergo fru ctus iste bñdictus est paciencium ⁊ mitium·⁊ ideo maria sup̱ oẽs homines fuit hoc fructu dignissima·quia sup̱ omnes homines fuit mitissima ita vt nec oculo nec verbo nec facto· tenuissimū in pa ciencie signũ ostendit·patientissima teste ambro·qui ait ·Nichil toruũ in oculis marie:nichil in verbis ꝓcax:nichil in actu vere cundum Quarto carissimi videam⁹ quõ fructus marie sit ex ercencium se et laborantiū contra accidiam· De hoc dicitur sap̃· iiij·Bonoꝝ laboꝝ gloriosus est fructus querendus· ergo est fru ctus iste cū exercicio laboris ſm ꝙ apis querit fructũ mellis·fru ctum inq̃ de quo eccĩ·xi·dicit̃·Breuis in volatilib⁹ est apis ⁊ ini tium dulcoris habet fructus eius · Considera carissime quõ apis de orto ad ortum:de arbore ad arborem :de flore ad florem di scurrit pro fructu mellis·sic ⁊ tu meditatõnibus ⁊ exercicijs ⁊ ze lo imitãdi discurre circa exempla iustoꝝ ⁊ maxime pfectoꝝ·Di scurre inq̃ de orto ad ortum id est de statu ad statum·Discurre de arbore ad arborem id est de iusto ad iustum · De flore ad flo rem id est de virtute ad virtutem/de exemplo ad exemplū·Di scurre maxime sup̱ illum florem/in quo inuenies totũ diuini mel lis fructū·sup̱ illū vtiq̃ florem qui est ⁊ flos ⁊ fructus:de quo beatus Ambrosius ait .Flos marie xp̃us est qui veluti boni ar boris fructus pro nostre ꝓcessu virtutis nũc floret:nũc fructifi cat in nobis·Laborem⁹ fratres bene ꝓ hoc fructu/quia bonoꝝ laboꝝ gloriosus est fructus·Nota ergo non quorũcunq̃ laboꝝ ſ; tantū bonoꝝ laboꝝ est fruct⁹ iste.nõ enī ẽ illoꝝ laboꝝ de qui bus dicitur Sap̃·iij·Sapiam qui abijcit et disciplinā infelix est ⁊ vacua est spes illorum ⁊ labores sine fructu· Sic ergo fructus iste benedict⁹ est exercentiū se in bono contra accidiā ·Et ideo maria sup̱ omnes homĩes fuit hoc fructu dignissima : quia super omnes homĩes ĩ bono fuit exercitatissima:sicut bene ostendit Be da qui super hoc verbo :magnificat anima mea dominum inducit ipsā sic loq̃ntem· Totū animi affectũ in agendis gratiaꝝ laudi bus offero.totũ ꝙ viuo:ꝙ sentio:ꝙ discerno in ei⁹ magnitudĩe

contemplanda totū in eius pceptis obseruanda impendo.
Quinto videamus carissimi quomodo fructus marie sit liberaliū contra auariciam: et maxime illorum liberalium qui pro hoc fructu renunciant omnibus temporalibus: iuxta illud Can. viij. Vir affert pro fructu eius mille argenteos relinquendo omīa: dicit interl. Et item glosa dicit. Per mille perfectio/ per argentum omne mundanum accipitur. Qui ergo perfecte omne mundanū pro cristo relinquit: ipse quasi mille argenteos pro hoc fructu tradit. Sed ecce qui dare noluerit mille omnia relinquendo/ det saltem aliqua pro hoc fructu pauperibus subueniendo/ vt sit sicut oliua fructifera fructum misericordie ferendo. Quia vero summus misericordie fructus est summa misericordia que est deus: ideo maria que habet misericordie fructū copiosissime tulit. Ipsa sicut oliua fructifera: ipa quasi oliua speciosa in campis cōuenientissime fuit. Propter quod bene Johēs Damascenus dicit. Maria in domo dñi plantata/ et impinguata spiritu: et oliua fructifera omnis virtutis habitaculū facta est. Heu quam longe ab isto fructu immisericordiū/ et terrena cōcupiscentiū sunt anime auarorum de quibus dicitur Numeri. viij. A sollicitudinibus et di. et volup. vite. euntes suffocant et nō referunt fructū. Dicitur quoque eccl. v. Qui amat diuitias fructum non capiet ex eis. Sic ergo fructus iste benedictus liberalium/ et temporalia contemnentiū est. et ideo maria super omnes homines fuit hoc fructu dignissima: quia super omnes homines in contemptu temporaliū fuit liberalissima testante beato Bernh. qui ait. Quicquid maria honoris in populo: quicquid rerum terrenarū de paterna domo habere potuisset: omnia arbitrata est quasi stercora vt cristum lucrifaceret.
Sexto videamus carissimi quomodo fructus marie sit abstinentium contra gulā. Et de hoc notemus quod dicitur prouer. xiij. De fructu oris sui satiabitur bonis. Fructus marie fructus oris dici potest. non solum quia oris oratione et doctrina: sed etiam quia oris abstinentia acquiritur. De isto fructu satiabitur spiritualibus qui pro isto fructu abstinens est a bonis temporalibus. Satiabitur bonis de isto fructu quicūque esurit et sitit corporaliter/ magis autem spiritualiter pro isto fructu. Vnde beatus Bern. ait Bonus fructus est qui animarum esurientiū et sitientium iusticiam esca et potus est. Bene qui pro hoc fructu esuriunt in mūdo: quia de ipso satiabunt in celo: iuxta illud Luce. vi. Beati qui nūc esuritis quia satiabimini. Hic ergo pro hoc fructu abstinentes ibi erunt de isto fructu comedentes. Vnde ysa. iij. dicit. Dicite iusto quoniam

bene fructum admirentõnum suaꝝ comedet. Hic ergo fruct⁹ iste benedictus est abstinentium contra gulam: ⁊ ideo maria sup omnes homines fuit hoc fructu dignissima: quia sup omnes homies fuit contra gulam cõtemperatissima. Propter qd bene Joh. cri sostom⁹ ait. Commessatrix aut vinolenta nunq̄ maria fuit: non leuis: non iocosa: non cantatrix: non turpium verboꝝ amatrix. talia certe intemperantiam sequi solent. Septimo carissimi videamus quomodo fructus ventris marie sit cõtinentiuз contra luxuriam. De hoc eniз dicitur Sap. iiij. Felix sterilis ⁊ non coinquinata que nes. t. in d. h. f. in r. a. sanctaꝝ. In respectõne inq̄ per gratiam: magis autem in respectione per gloriam. Et certe fructus ventris altissimi: fruct⁹ ventris virginalis merito est fructus continentiuз specialis. Cum eniз per fructum virginis benedictum benedicant omnes fideles generaliter: merito continentes benedicent per ip̄m specialiter/per quem etiaз cõtinentium regina benedicta est pre omnibus: vt dicit beatus Bern. declarans. De te benedictus fruct⁹ ventris tui in quo benedicte sunt omnes gentes: de cui⁹ plenitudine tu quoq̄ accepisti cuз ceteris/ ⁊ etiaз differentius a ceteris. De luxuriosis/qui nullaз ptem habent in fructu virgineo: ve miseris/qui nulluз habent ramuз qui possit ferre fructum virgineum. Unde de adultera dicitur. Eccl. xxiij. Rami eius non dabunt fructum. Igitur fructus iste benedictus est cõtinentiuз contra luxuriã. et ideo maria sup omnes fuit hoc fructu dignissima: qꝫ sup omnes homies fuit castissima: sicut bene testatur Crisost. dicens. O ineffabilis laus marie: magis credebat ioseph castitati eius q̄ vtero eius: ⁊ plus gratie q̄ nature: possibilius credebat mulierez sine viro concipe q̄ mariã posse peccare O igit̄ maria felicissima q̄ vere tanq̄ virtuosissima fructu diuino fuisti dignissima/adiuua nos vt virtutibus ad hunc fructũ ptingere valeam⁹: dñm nostꝝ ihesum xp̄m filiuз tuum Amen.

Benedictus fruct⁹ ventris tui. Diximus de bñdicto fructu ventris marie quis ⁊ q̄lis sit. vidim⁹ quoq̄ quorũ ⁊ qualiuз sit. Videamus nunc ad quos ⁊ ad quales effectus necessari⁹ sit. Nam fructus iste contra malum fructus ad bonum necessarius est. Necessarius est quidem propter sex effectus contra malum. necessarius est etiaз propter sex effectus ad bonum. Qui⁹ itaq̄ benedicti fructus sunt. xij. effectus valde vtiles/siue. xij. vtilitates valde notabiles pro quibus merito eiusdeз fructus laudant omnes homies: iuxta qd scriptuз est in ps̄. Confiteant̄ tibi populi deus ꝯfi. ti. po. om. ter. dedit fructũ suum.

Pum9 ergo fruct9 effectus est expiatio culpe mortalis· scōs pacificatō inimicicie capitalis·tercī9 sanatio plage originalis· qr tus releuatō iedie mētalis ·qntus euitatio ire iudicialis·sext9 elongatō pene gehennalis·septim9 renūciatō sde tpalis· octauus locupletatō aīe rationalis·nonus ɔsummatō vite spiritualis·decim9 multiplicatō ecclesie vniuersalis·vndecimus reīntegratō ruine empirrealis·duodecim9 ppetuatō glorie eternalis Primo ergo caussimi fructus marie bñdictus necessarius ē ad expiatoē culpe mortalis· De hoc expoī potest qd dicit Esaie·xxvij· Iste oīs fructus vt auferat peccatū ei9·Omnis intelligi potest ille·de quo beatus bern·loquens ait/In cruce pendet oīs fructus vite· quia ipa arbor vite in medio paradysi·Oīs ergo fructus est totus fructus totus illo·Hic fructus ad hoc datus ē/ad hoc natus est ad hoc passus ē/vt auferat peccatū hoīs· Ipe enī sicut Aug9· inqt math·i·saluū fecit populū suū a peccatis eorū·Ipe quoqꝫ ē d quo iohānes dixit·Ecce agnus dei ecce q tollit peccata mūdi· Iste ergo agnus/iste certe fructus tollit peccata mundi tā mortalia qꝫ venialia· vt q p hunc fructū purgatus a mortalibus eiusdē fructū portat purgatus ⁊ a venialibus vt fructū habundātius ferat:iuxta Jo·xij·Omnē qui facit fructū purgabit eū vt fructū plus afferat Scōo caussimi fruct9 marie bñdictus necessarius ē ad pacificatōnem inimicicie capitalis q fuit int deū et hominē inter angelos ⁊ hoīes·vñ Esa·lvij·Creaui fructū labiorum pacem.pacē ei qui longe ē ⁊ q prope est·Fructus ventris marie bñ potest dici fructus labiorū marie:quia dum de labijs suis stillauerunt melliflua verba illa·Ecce ancilla dñi fiat mihi sm verbum tuū·statim cōcepit melliflūū fructum suum·O vere melliflua labia sicut dicitur Canticorum iiij·fauus distillās labia tua sponsa·Horum ergo labiorum fructum ihesum custum deus pater creauit siue fecit pacem· Pacem inqꝫ ei qui longe est per culpam vt fiat prope per graciā· pacemqꝫ ei qui prope est per gratiam·ne fiat longe per culpam·Ipse enim sicut apostolus ait·est pax nostra qui fecit vtraqꝫ vnum· fructus etiā factus est pax int hoīes q longe est in mundo ·⁊ inter angelū qui prope est in celo vtriusqꝫ pacificauit in patibulo·iuxta illud Ephe· ij · pacificans per sanguinem crucis eius siue que in celis siue que in terris sunt Itaqꝫ fructus iste pax hominis ad hominem·pax hominis ad angelum/pax hominis ad deum factus est· Quid mirum si per hūc fructum pacem habeat homo cum deo cum ipse fructus pacificās sit deus ⁊ homo·Testat beda q ait·tra nostra dabit fructū suū

quia virgo maria que de terra corpus habuerat filiuз genuit di
uinitate quidem deo patri coequaleз sed sibi carnis veritate sub
stancialem· Tercio caussimi fructus marie benedictus necessa
rius est ad curationem plage originalis · graui enim plaga imo
grauibus plagis homo incidens in latrones vulneratus est diuз
per originale peccatum tam cecus ad verum/ tam infirmus ad bo
num/ tam pronus ad malum factus est· Sed hee plage per hunc
fructum sanantur· In hac quidem vita in pte sanantur per gra
tiam·in futura vero tota in toto sanabuntur p gloriaз·vñ bñ le
gitur Apoc. xxij · q angelus ostendit iohanni lignum vite p men
ses singulos reddens fructũ suum ꝛ folia ligni ad sanitatem gen
tiũ·lignuз vite ē mater vite maria.vel lignum vite est lignuз cru
cis·vel etiam lignuз est ipe auctor vite ihesus xpus qui est ꝛ fru
ctus vite·huius folia sanatia sũt verba ꝛ documēta edificatiua·
Si aũt sanatia sunt folia eius·quantomagis sanatiu9 est ipse fru
ctus·vt ergo per hunc fructũ sanemur accedamus ad arboreз ei9
accedamus inq ad mariaз orantes cum anselmo qui orans ait·
Exaudi me dña/sana animam serui tui peccatoris per virtutem
benedicti fruct9 ventris qui sedet in dextera omnipotentis patris
sui· Quarto caussimi fructus marie bñdictus necessarius est
ad releuationē inedie siue famis mentalis. ne propter defectum
nutrimenti deficiant animalia dei·ꝓpter quod bene Johelis dici
tur secundo ·Nolite timere animalia regionis q̇a germinauerũt
speciosa deserti/ꝛ lignũ attulit fructuз suum· Desertum quod sine
cultura germinat ꝛ profert pastum animalium / signare potest
mariam·que sine cultura maritali protulit filium qui est pastus
omnium fidelium Ideoq bene de ipsa dici potest illud ezechiel· tri
cesimosexto · Terra illa inculta facta est vt ortus voluptatis ·
Speciosa huius felicis deserti sunt spēosa germina celestiuз desidē
riorum/speciose herbe opeꝝ bonorũ: speciosi flores virtutum ꝛ
donorum: speciosa folia vtiliuз verborũ ꝛ certe speciosus fructus
ventris sui qui est pastus omnium iustorum·maria est desertum
hoc speciosum/ maria quoq est lignum hoc fructuosum·de quo di
citur ꝛ lignum attulit fructum suum· O vere mirabilem fructũ p
quem tam fames quam sitis releuatur animarum·sicut testatur
beatus bernardus dicēs· bonus fructus qui animarum esurienti
um ꝛ sitientium esca ꝛ potus est·Nolite ergo animalia dei: noli
te fideles cristi q inedia deficiatis : cum plena pascua in deserto
plenũ fructum in ligno: plenum etiaз pabulũ in presepio habetis

ait enim beatus Bern. Natus reclinatur in presepio vt fideles omnes velut sancta animalia carnis sue alimento reficeret. Et beatus Aug. ait. O presepe splendidū in quo non iacuit fenum animaliū. sed angelorū inuentū est pabulū. Quinto caussimi necessarius est fructus marie benedictus ad euitationē ire iudicialis quā vtique certā habet omnis iniustus: sicut fructū quo ira iudicij euadere certuz vtique habet omnis iustus. Vñ in ps dicitur. Si vtique est fructus iusto. v. est deus iu. e. in terra eos id est iniustos sicut exponit glosa. Iniustos namque iudicabit deus in terra: dum in iudicio iusti in aere erūt. iniusti vero in terra remanebūt: quia terrenis contra deuz adheserunt: ita vt dicere possent. adhesit in terra venter noster. Dñs ergo ibi sicut vtique est fructus suauis iusto: sic vtique erit iudex grauis iniusto. Ve ergo eis qui fructum tam suauissimum conuertunt sibi in iudicium amarissimū: sicut dicit Amos. vi. Conuertistis in amaritudinē iudicium/ et fructum iusticie in absinthiuz. fructus iusticie fructus iusti: iustus est fructus marie/ de quo certe beatus Iob ait. Iustum fructū dedit terra virgo/ quia veritas de terra orta est Sexto karissimi necessarius est fructus marie benedictus ad elongatōem siue declinatōnem pene yehennalis siue mortis eternalis: de quo exponere possumus qd dicitur. iiij. Reg. xviij. Transferam vos in terraz fructiferam et fertilem vini: terram panis et olei ac mellis et viuentis/ et non moriemini. In terraz marie vel in terraz ecclesie transferentur qui toto corde ad ipam cōuertunt. Hec aūt terra valde est fructifera ferens fructū panis: vini: olei: et mellis dñm nostrum ihesum xpm. Ipse namque nobis est fructus panis confortantis contra defectuz: ipse nobis est fruct9 vini ad pfectum: ipse quoque nobis est fruct9 olei illuminantis intellectum: ipse insuper nobis est fructus mellis dulcorantis affectum. Per huidi certe fructum viuetis karissimi et non moriemini morte eterna. Benedicta sit terra hui9 fructus: benedict9 super omnia sit ipse fructus per quā exempti sumus a tantis malis/ sicut etiaz bene declarauit Ans. cum dixit. Quid digne referaz genitrici dei et dñi mei p cuius fecunditatez captiu9 sum redemptus: per cui9 partū de morte eterna sum exemptus: per cuius prolem perditus sum restitutus/ et de exilio miserie ad patriā sum reductus. Benedicta in mulieribus/ hec omnia michi dedit benedict9 fructus ventris tui in regeneratōne baptismatis sui. Ve ergo omnibus ab isto fructu alienis. Scriptuz namque est Omnis arbor que non fa. fru. exci. et in ig. mit. Septimo karissimi necessarius est fructus marie

bn̄dictus ad renunciationē siue cōceptū substātie temporalis. vn̄ Can. viij dicitur. vir affert pro fructu eius mille argenteos. Re linquendo tp̄alia dicit icrlineatus. Nā sicut al a glosa dicit. per mil le pfectio/per argentum vero omne mundanū accipitur. vn̄ quasi mille argenteos pro hoc fructu dat. quicūq perfecte omnibus tem poralibus pro xp̄o renunciat. & vere merito pro hoc fructu oīa tp̄a lia feruenter vilipendit. quicūq quā p̄ciosissimus sit ille fructus di ligēter attendit. dicēs illud puer. viij. melior est fructus meus au ro & lapide p̄tioso. & gemma mea auro electo. vir certe est qui cūq tam virilis est. vir aūt ille viriliter pro hoc fructu contemne re debet non solum res & diuitias sed etiā honores & potencias. di cens illud iudi. ix. Nō possum deserere dulcedinem meam fruct9 q dulcissimos & ire vt inter cetera ligna promoueat. Suauissimi sunt fructus xp̄i & caritas. Ligna siluarum sicut dicit glosa. sūt homines infructuosi eterno incendio prepati. Igitur propter fru ctus istos suauissimos viriliter cōtemnat honores sup ligna silua rum periculosissimos viriliter contemnat omnia propter fructum benedictum super omnia bn̄dictus deus in secula. Octauo ca rissimi necessarius est fructus marie benedictus ad locupletatio nem siue repletionem anime racionalis. vnde dicitur Prouerbio rum. xij. De fructu oris sui vn9quisq replebitur bonis. Domi num ihesum non solum fructum ventris: sed etiam fructum oris non incongrue fateamur: quia ipi9 oris predicatione: oris con fessione in oris oratione mereamur. Ipsum quoq ore exteriori sumim9 sacramentaliter. ore quoq interiori spiritualiter. propter qd hiero. ait. flos marie factus est fructus vt nos illū comedere mus. de isto fructu oris vnusquisq replebit fidelis. bonis spiritu aliū diuiciarum/bonis inq virtutū & gratiarum. De talium bonorum repletiōe apostol9 dicit. Ro. xv. Deus aūt spei repleat nos gau dio & pace in credendo vt habundetis in spe & virtute spiritussan cti. O vere beata huius fructus plenitudo. qua repletus est non solum ager virginis hunc fructum producentis sed etiā saccus vni uscuiusq fidelis hunc fructum cōtinentis. sicut patet per beatū hie. q ait. Bn̄ ager plen9 dicit: qa plena virgo maria pnūciat de cu ius vtero credentibus fruct9 vite pcessit. & nos oēs de plenitudi ne eius accipiamus gratiā pro gratia. Nono carissimi necessari us est fructus marie benedictus ad pfectionē vite spiritualis. vn̄ de viro pfecto bn̄ in psal. dicit & erit tanq lignū qd plā. se. de. a. &c vsq psperabūt. qd itelligere debem9 per decurs9 aquarum misi ir rigatōs grārum per q̄s hō dat siue pfert fructū suū dn̄m ihesū xp̄m.

Tres autem hic conditiones perfecte vite insinuantur que homi=
nem hoc fructu fructiferū comitant̄. Perfectorū nanqʒ est tem=
pus suum non negligere· ꝓpter qđ bene dicit· Fructus suos da=
bit in tempore suo · Perfectorū q̄ʒ est in verbis inutilibus non
defluere· ꝓpter qđ bene addit: ⁊ foliū eius non defluet· Perfecto
rū insuper est que spiritui ꝓspera sunt non obmittere· ꝓpter qđ be
ne subiungit· Omnia quecunqʒ faciet ꝓsperabunt· Vel certe ei
qui hunc fructuʒ per caritatē tulerit omnia ꝓsperabunt · qñ sibi
omnia in bonū coopant̄: sicut scriptū est Ro· 8. Scimus quoniā
diligentibus deū oīa coopant̄ in bonū. Beatus vir q̄ tam perfe=
cte tulerit fructū istuʒ vt tempus suū non transeat infructuosuʒ
vt verbum sibi non defluat ociosuʒ· vt opus sibi non pereat v̄tu
osuʒ · sicqʒ sit tanqʒ lignum fructiferum spiritualiter · queadmo=
dū etiaʒ maria fuit corpaliter: de qua beatus Bern. ait· O vere
lignū vite qđ solū dignū fuit portare salutis fructū· Decimo
caussimn necessarius est fructus marie benedictus ad multiplicati
onem ecclesie vniuersalis. Vnde dicit prouer· 31· De fructu ma
nuū suaꝝ plantauit vineā· Dominus hiesus sicut bene dicit fru=
ctus ventris · quia ventre concipit· ⁊ sicut bene fructus oris dici
tur: quia ore sumitur· ita bene fructus manuum dicitur: quia ma
nibus bonorum operum acquiritur· manibus qʒqʒ sacerdotalibus
ministratur: Vnde fructus iste plenissime ē fructus marie · fruct⁹
certe vētris ei⁹ ē · q̄a de vētre ei⁹ singl'arissime nat⁹ ē· Fruct⁹ etiā
oris eius est: quia ore eius dulcissime cōmunicatus est· fructus q̄ʒ
manuum eius est quia manibus eius deuotissime attrectatus est
De isto itaqʒ manuum fructu maria vel primitiua ecclesia sicut
exponit glosa· plantauit vineam: id est ecclesiam vniuersalem per
orbem diffusam· O quomodo palmites huius vinee videlicet fi=
deles ecclesie per hunc fructum multiplicati sunt · dum rectores
ecclesie in cordibus fidelium eundem fructuʒ spiritualiter nasci fe
cerunt· hinc bene in p̄s dicitur· Fecerunt fructum natiuitatis ⁊
benedixit eis ⁊ multiplicati sunt nimis. Et quia ecclesia de omni=
bus generationibus est per hunc fructū multiplicata· Ideo vir
go hunc fructum producens merito ab omnibus generationib⁹
predicatur beata · ꝓpter quod bene ipsa ait · Ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes generationes· De quibus verbum lo=
quens Bern· inducit mariam loquētem sic· Ecce iam video qđ
futurum est in me: quis fructus procedat de me: quot ⁊ quanta
bona non mihi soli sed omnibus generationibus prouenient per
me· Vndecimo caussimi necessarius est fructus marie benedict⁹

ad restaurationem ruine empyrrealis· ruine inquam facte in celo empyrreo· de hoc notare possumus quod dominus de medulla cedri plantare volens dixit· eze· xxvij· In monte sublimi israel plantabo illud et erumpet vt germen et faciet fructum· Mons sublimis est sublimis illa mansio / sublimis illa societas angelorum que bene mons israel dicitur: quia israel visio dei interpretatur· Et ecce angeli semper sunt in visione dei· testante eo qui ait in euangelio mathei· angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in celis est· In isto sublimi monte / in ista sublimi angelorum societate deus plantauit illud quod de massa perditionis elegit· plantauit inquam medullam cedri / medullam generis humani id est omnes electos dei: quorum quidam in re / quidam in spe plantati iam sunt in angelico monte· O vere super omnia diligendus fructus propter quem tam sublimiter plantatur omnis electus· Libenter hunc fructum dominum nostrum ihesum cristum portare possumus propter quem inter angelos iam in spe plantati sumus· huic etiam fructui semper gratias agimus cuius gratia angelorum vniuersitatem reintegramus· vnde huius fructus mater maria bene potest gloriari et dicere verba illa que beatus bern· quasi ex ore marie loquens ait. angelicarum generationum numerus per meum generatum reintegrabitur · et hominum generatio per adam benedicta per benedictum fructum ventris mei ad eternam beatitudinem regenerabitur·

Duodecimo carissimi necessarius est marie fructus benedictus ad perpetuationem glorie eternalis . que eterna non esset nisi per hunc fructum conseruaretur· vnde dicitur prouer· xi· fructus iusti lignum vite· optime fructus iste dictus est lignum vite: quia sicut lignum fuit ad conseruandam vitam naturalem in paradyso terrestri· sic cristus est ad conseruandam vitam eternalem in paradyso celesti· Hec ergo tanta bona que per benedictum marie fructum consequamur· benedictus ille anselmus bene aduertit cum dixit· Hec tanta bona per benedictum fructum / benedicti ventris: benedicte marie peruenerunt · Sic ergo carissimi audistis quomodo benedictus fructus marie necessarius omnino est. Primo ad expiandam culpam mortalem· Secundo ad pacificandam inimiciciam capitalem· tercio ad sanandam plagam originalem· Quarto ad releuandam inediam mentalem · Quinto ad vitandam iram iudicialem · Sexto ad declinandam penam gehennalem·

Septimo ad contemnendam substanciã temporalē · Octauo ad locupletandandam animam racionalem · nono ad consumnandã vitam spiritualem · decimo ad multiplicandam ecclesiam vniuersalem · vndecimo ad reparandam ruinam empirrealem · duodecimo ad conseruandam gloriam eternalem · Et ecce hij duodecim effectus : siue vtilitates huius fructus signari possunt · per duodecim fructus ligni vite : quos omnes habemus in fructu ventris marie · de quibus duodecim fructibus legitur Apocalipsis · xxij · ꝙ angelus ostendit iohãnni lignum vite afferens fructus duodecim · Adiuua ergo nos o benedicta in mulieribus : vt per benedictum fructum ventris tui benedictionem horum duodecim fructuum cõsequamur · Adiuua o virgo fructifera : vt per fructum tuum his fructibus ita fructuosi efficiamur / ꝙ per hos fructus fructu tuo frui ꝑpetuo mereamur · Adiuua o dulcissima vt nobis concedat dulcedine sua frui ille liberalissimus communicator sui benedictus fructus ventris tui · Qui cum patre ⁊ spiritusancto viuit ⁊ regnat deus per omnia secula seculorum amen ·

Deuotissimi ac prestantissimi doctoris fratris Bonauẽture / tractatus super gaudiosa ambasiata : per archangelũ Gabrielẽ / ad excellentissimam atq̃ gloriosissimã virginem Mariã annunciata Speculum marie vocitatus : explicit feliciter · Non quidem cyrographatus / sed p̄ fidedignum virũ Anthonium Sorg conciuem Augustensem q̃diligenter impressus · Anno salutifere incarnationis xp̄i · M · CCCC · lxxvi · pridie Kalendis marcijs ·

DEC 1 1932

ANTON SORG

BONAVENTURA. Speculum beatae Mariae virginis.
29 February, 1476.

Hain 3566; Proctor 1645; Pollard, part 2, p. 343.

The type is semi-gothic. The format is quarto, with 40 to 42 lines to a page. The volume consists of 50 leaves, the first and last blank. In the Library's copy the blank leaves are wanting. The size of a leaf is 276 × 200 mm., and the text (on a 42-line page) measures 206 × 122 mm. The initials of each chapter are printed from woodcuts. There are underlines in red.

St. Bonaventura wrote often of the Virgin Mary, but this eulogy is not by him. The book has been rejected as spurious by the editors of the collected works of Bonaventura, published in ten volumes at Quaracchi in 1892–1902.

Bought in October, 1863.

